


PETRI KIRSTENI WRATISL: PHIL: ET MED: D.

GRAMMATICES ARABICÆ, LIBER. I. SIVE ORTHOGRAPHIA ET PROSODIA ARABICA.

CUM PRIVILEGIO.

BRESLÆ,
Typis ARABICIS ac ſumptib. Authoris.
In Officinâ Baumann.
ANNO
DoMIne ChrIſte VenI.

1608.

Digitized by Google

Digitized by Google

6.L.N.38

AD

MAGNIFICOS, NOBILISSIMOS, AMPLISSIMOS, LITERATISSIMOS, PRUDENTISSIMOSQVE VIROS,

DN. PRÆFECTVM DVCATVS ILLVSTRIS VRATISLAVIENSIUM;

ET

SENATORES UNIVERSOS REIPUB. VRATISLAVIENSIS,

DN: AC PATRON:

BIBL. SEC. COLL. ROY.

NEMINEM VERE CHRISTIANUM, *latere arbitror*, Viri Magnifici, Nobiliſsimi, ac Ampliſsimi, *PATR. CONSCR. quòd hiſce diebus in Univerſo orbe Chriſtiano, hiſtoria, de Viſibili Spiritus Sancti, multis antè ſeculis promiſsâ, & poſt aſcenſionem, Unici Salvatoris noſtri, Jeſu Chriſti, ad cœlos, verè factâ effuſione, ſuper Apoſtolos, per donum variarum linguarum, ex pio antiquorum præſcripto, religioſâ reverentiâ tractetur, ac recolatur. Jurè itaq; quilibet pius, nunquam ſatis admirandum hoc myſterium, ſobriè ac diligenter, conſiderans, apud animum perpendet; meritoq; mirabitur, cur Spiritus Sanctus, tertia perſona divinitatis, Unicus Sanctificator noſter, alio modo nullo, niſi per varias, easq; diſpertitas linguas, modo viſibili, completis diebus Pentecoſtes, ſuper Apoſtolos ſedens, apparere voluerit.*

CVIVS quæſtionis tractatio, quia ad Theologos propriè pertinet, Ideò, nos hîc, Unicum hoc ſaltem, cuilibet noſtrûm, ex hoc miraculo, liquidò conſtare putamus, linguarum donum, verè eſſe divinum, Authoremq; omnium linguarum, ipſum eſſe DEUM.

Author omnium linguarum.

QVARE omnes pij, divinum hoc donum, colere, ac pro virili ſuâ, propagare debent, juxta mandatum Divi Pauli 1. ad Corinth. 14. verſ. 5. Volo omnes vos loqui linguis.

Studiũ linguarum cur omnibus ſit colendum.

NAM

Digitized by Google

NAM,(ibidem verſ.2.)loquens linguâ,non hominibus loquitur,ſed DEO; *Et per linguas*, Spiritu Sancto inſpirati,locuti ſunt Sancti DEI homines,2.Pet.1.verſ. ultimo;*per has, verbum DEI, ad ultima hæc, Mundi hujus tempora, conſervatum eſt; per has, illud ipſum,docti* interpretantur,ut Eccleſia DEI, ædificationem accipiat,1.Corinth.14.verſ.5. *Per has, omnes ſcientiæ, & artes, ad nos pervenerunt, indiesq́ excoluntur; per has, Imperia gubernantur,belli,paciſq́ tempore, Id quod Mithridatis, Regis Ponti exemplum egregiè comprobat, qui fertur, duabus & viginti, diverſis nationibus,quibus imperabat, ſuâ cuiq́ linguâ,jus dixiſſe, & pro concione, ſingulas, ſine interprete, compellaſſe, teſte* Plin.lib.7.cap.24. & lib.25.cap.2. Gellio lib.17. cap.17. & Valerio Maximo lib.8. cap.7. *Imò harum beneficio, tota civilis converſatio, conſervatur, excolitur, & perficitur; per has, vir cordatus, ab imperito, noſtraq́ hominum vita, & conjunctio, à belluarum, diſcernitur.*

Mithridates rex viginti duarũ linguarum fuit peritus.

QVÆ omnia, animadvertens ego, à pueritiâ meâ, linguarum ſtudio, delectatus ſum, tanquam adjumento neceſſario, homini, ad ſolidam, eruditionis, ac ſcientiæ, arcem contendenti. Ideoq́, ubi, in, dulciſſimæ hujus patriæ noſtræ, ab anteceſſoribus veſtris, hominibus pijs, ac prudentiſſimis, rectè ac ſapienter, fundato Gymnaſio Elizabethico, mediocria in linguâ latinâ, poſuiſſem fundamenta, paulò poſt, in vicinam nobis Poloniam, ejus addiſcendæ linguæ, gratiâ, Poſnaniam ab amicis meis miſſus ſum; (parens enim uterq́, debita naturæ, jam, anno huic patriæ noſtræ triſtiſſimo 1585.*piè perſolverat,) quam linguam, quò ad veram pronunciationem, ſatis difficilem, cum ſeſqui anno, perfectè addidiciſſem, Anno* 1591. *in hanc meam Patriam reverſus ſum, & paulò poſt, divinâ me gubernante gratiâ, liberâ electione, mercaturæ, ad quam Juvenilis meus, tum inclinabat animus, valedixi, ſtudiaq́ liberalia, denuò aggreſſus ſum, reverſus viciſſim, ad Gymnaſium illud noſtrum, laudatiſſimum, in quo brevi, fideli & diligenti, Præceptorum meorum, (quorum maxima pars, adhuc in vivis eſt, & feliciſſimè, multis inſequentibus annis, unà cum reliqvis Collegis, ut vivant, DEVM ardenter invoco,) inſtitutione, non ſolùm illa recollegi, quorum in Poloniâ, me, jam, oblivio cœperat, ſed inſuper, tantos etiam, in linguâ latinâ, feci*

Digitized by Google

feci progreſſus,ut præmiſſo debito examine, ad ordines diſcentium altiores, mihi, conceſſus fuerit tranſitus, ubi præter alia, linguæ quoq; Græcæ, prima hauſi fundamenta: Donec demum, judicio Præceptorum meorum,ad primum,ſive ſupremum diſcentium ordinem,admiſſus fuerim,in quo,præter alia ſtudia,maximè neceſſaria, (è quibus, Phyſica,mihi jam tum, arridebant unicè, adeò quidem, ut tunc quoq; privato ſtudio, anatomicos, & botanicos legere cœperim libros,)linguam latinam,& græcam addiſcere perexi; adjiciens,his quoq; Linguæ Sanctæ,ſive Hebrææ, aliquam cognitionem.

HOC in veſtro Gymnaſio, cum aliquot annos, non infeliciter tranſegiſſem,animus,ad altiora aſpirabat,meus. Prævidebam enim, me in Scholis trivialibus, acquieſcere non oportere, ſed amore, alias etiam Scholas,ac regiones luſtrandi,inflammatum eſſe,cōſilium inij, de adeundâ Academiâ, id quod annuentibus amicis meis, deinceps factum eſt. Lipſiam adij; hinc Genam; Vbi circa quadriennium animum ad Medicinam,conjunctâ tamen Theologiâ, appuli; interim ſummus in Philoſophiâ gradus,ibidem,publicè in me,cum alijs ſeptendecim viris doctiſſimis,collatus eſt.

QVO facto, cum ſcirem,Medicum incipere, Vbi deſinit Philoſophus,cœpi,totum me ſacris Æſculapij conſecrare, ſtudiaq; linguæ Hebreæ & Syriacæ, non nihil ſeponere, contentus, ſcriptis ſacris Latinis,Græcis & Germanicis.

VERVM,ut rectè uſu tritū illud habet,(Cuneus cuneum trudit, vix ſepoſueram Hebrææ & Syriacæ linguæ, ſtudium, & in ſacræ Medicinæ theoria, pedem protuleram, cum ad ejuſdem praxin accederem,En invenio,& vivos,& mutos, ſcriptis, ac voce ſuâ, Præceptores meos,hæc & ſimilia proferre judicia: Qui Medicus, bonus fieri vult practicus,bonus neceſſe ſit Avicenniſta,*(ſic enim iſti loquebantur:)Itemq;,cum Medici alicujus,qui ad opera praxeos accedere vellet,fieret mentio, audivi, non rarò, ab antiquis præſtantiſſimis Medicis, quæſitum fuiſſe,* Eſtne bonus Avicenniſta, *quod cum affirmaretur,reſponſum fuiſſe ab ipſis,* ergò neceſſariò,erit bonus practicus.

Avicennæ lectio quàm ſit neceſſaria Medicis.

HIS,& aliis rationibus plurimis,permotus,avidè ad lectionem Avicennæ me conferebam,quem cum adeò miſerè transformatum, verſio-

verſionibusq́; defœdatum, ac depravatum, à viris doctis legi animadverterem, & tamen tanti fieri, intelligerem, crevit, hujus Authoris, rectè legendi, apud me deſiderium, quod cum ſine linguæ Arabicæ cognitione, (utpote in quâ, hic Author, elegantiſſimè ſcripſit, id quod Medicus celeberrimus: Montanus his verbis, Commentario in illius ſecundam Fen. lib. 1. *teſtatur*; Avicenna, eſt, in ſuâ linguâ elegantiſsimus, ut nullus Arabum, eſt, eloquentiſsimus, & utitur maximâ proprietate loquendi, ſicut mihi retulit, D. Diægus Orator Imperatoris, quòd in publicis ſcholis, Avicenna, propter linguæ ornatum, ſicut apud nos Cicero, & Boccacius, apud noſtros vulgares prælegitur,) *fieri non poſſe, facilè viderem, conſilium inij, de addiſcendâ hac linguâ, hoc, quomodo perſecutus fuerim, alibi, à me dicetur.* Avicenna, Cicero Arabum.

IAM verò paucis cõmemorare decrevi, Viri Magnifici, Nobiliſsimi, Ampliſsimiq́;, *primò, cur ego linguam hanc addiſcere voluerim, ut hæc legentes alij, videant, quanti hoc ſtudium ſit uſus: Deinde, cur illa, quæ mihi, de hac linguâ conſtant, alijs, nunc communicare decreverim; ac tandem, cur, vobis PATR. CONSCR. primum, tantæ molis fundamenti, lapidem, donatum, conſecratumq́; voluerim.*

AD PRIMUM, itaq́;, quod attinet, cur videlicet ego linguam hanc, addiſcere voluerim, PATR. CONSCR. movebant me, honeſtiſſimæ ac ingentes, innumeræq́; utilitates, hujus linguæ, (ut de laudibus & præeminentia ejus, hîc nihil dicam, alibi enim fortè hôc à nobis fiet,) quarum aliquas, nunc enumerabo. I. Cur lingua Arabica diſcenda ſit.

RECTE linguam ſanctam, ſive Hebræam, omnes docti, valdè commendant, quòd illa lingua, veram de DEO, & ſalute æternâ conſequendâ, doctrinam monſtret, patefaciatq́;, & quòd ad rectè intelligendum, totum corpus, & ſeriem concionum Prophetarum, nec non Apoſtolorum, multaq́; ſcripturæ myſteria, quæ in alias linguas transfundi non poſſunt; Nomina item propria in ſacris, & Interpretum expoſitiones, ad refutationes quoq́; adverſariorum verbi DEI, & hujus puritatem conſervandam, mirificè conferat. Utilitates linguæ hebrææ.

HÆ tantæ Utilitates omnes, ex Arabicâ linguâ, quoq́; haberi poſſunt, id quomodo cum veritate congruat, declarandum eſt. Arabicam linguam omnes illas habere utilitates, quas hebræa habet.

OMNIA ſcripta ſacra, Arabibus etiam eſſe, teſtis eſt Clenardus, *in fine libri primi Epiſtolarum; &* Guido Fabricius Boderianus, in præfatione N^i.T^i. ſui Syriaci; Pariſijs editi, ad Sereniſſimum Regem Galliarum, *paginâ ultimâ, Ubi etiam probat, linguam Arabicam, præ alijs omnibus, latiſſimè, per orbem terrarum patêre. Non eſt autem hujus loci diſputare, quo in idiomate illa, primò ſcripta fuerint. Pleraq; Arabicâ, ſcripta fuiſſe, linguâ, probabile eſt, quòd multa in regionibus Arabiæ, facta fuerint, ceu de promulgatione legis divinæ, notum eſt, quam* D. Paulus cap. 4. ad Galatas, verſ. 24. vocat, Unum teſtamentum, in monte Sina datum, Sina enim mons eſt in Arabia, qui conjunctus eſt ei, quæ nunc eſt Jeruſalem. *Ob hanc vicinitatem,* D. Paulus, *ſe dicit,* ibidem cap. 1 verſ. 17. abijſſe, poſt converſionem ſuam, in Arabiam, non verò Jeroſolymam. *Verùm, ex collatione, diverſarum linguarum, textuum ſacræ Scripturæ facilè, ſuo tempore, hoc manifeſtiùs apparebit. Probant idem quoq; ſcripta Apoſtolorum, quæ in aliâ linguâ nullâ, quàm Arabicâ habentur. Multas enim D. Pauli Epiſtolas, aliorumq; Apoſtolorum ſcripta, Arabes habere dicuntur, quæ nondum in alijs extant linguis. Sic meus Præceptor Arabs, ajebat, illis hac linguâ ſcriptum eſſe, Concilium illud Apoſtolorum, Hieroſolymis habitum, cujus mentio ſit* Actor. 15. *& alia non pauca. Probant etiam, circumſtantiæ hiſtoriarum ſacrarum utiliſſimæ, quæ in nullius alterius linguæ textibus reperiuntur, qualis eſt illâ* Joh. 19. verſ. 34. *quæ exprimit, quod latus Salvatoris noſtri, in cruce pendentis, Unus militum, lanceâ, aperuerit, dextrum nimirum, id quod ſummâ conſtantiâ, omnes, typis & calamo, ſcripti textus Arabici, exprimunt. Minus itaq; piè, non ignobiles quidam, noſtri ſeculi, Philoſophi Chriſtiani, fecerunt, qui verè miraculoſum hunc, ſanguinis & aquæ, ex vulnere illo Salvatoris noſtri, jam defuncti, effluxum, planè naturalem eſſe ſcripſerunt, ſtatuentes in ſiniſtro latere, illum factum fuiſſe, ob capſulam cordis transfoſſam. Hoc enim, ſi verum eſſet, cur Evangeliſta, teſtis oculatus, tergeminatam hanc aſſertionem, verbis proximè ſequentibus appoſuiſſet,* verſ. 35. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit; & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit, quia vera dicit, ut & vos credatis; *quod, non recordor, in comprobando ullo, quantumvis*

Lingua Arabica præ omnibus alijs linguis, per orbem terrarum latiſſimè patet.

Pleraq; ſcripta ſacra, linguâ Arabicâ, ſcripta eſſe.

Scripta ſacra, quæ ſaltem in Arabicâ linguâ habentur.

Concilium Apoſtolorũ Hieroſolymitanum, arabicè cõſcriptum haberi.

Quod latus Chriſti, in cruce apertum fuerit.

tumvis maximo etiam, miraculo, in totâ ſacrâ Scripturâ eveniſſe. Neq́ eſt, quòd quidam, hanc triplicem aſſertionem, ad univerſam Evangelij, præcedentem hiſtoriam, referant, verſiculi enim ſubſequentes mox, facilè hanc controverſiam, diluunt. De his porrò, & alijs ſimilibus quàm plurimis, alio tempore copioſiùs agemus.

NON minùs itaq́ hæc lingua, ad rectè intelligendum totum corpus, ac ſeriem Prophetarum & Apoſtolorum, multaq́ Scripturæ myſteria; Nomina item propria, in ſacris, & interpretum expoſitiones, confert; quàm lingua Hebræa, vel Ulla alia. Ad refutationes verò, adverſariorum verbi DEI, hujusq́ puritatem conſervandam, hæc lingua, non ſolùm Hebrææ, ſed & omnibus alijs, longè præferenda eſt. In quâ enim linguâ unquam, plura, contra verbum DEI verum, tot annorum ſerie, à tàm numeroſis regnis, publicè recepta & retenta fuerunt, quàm in hac, per Impium Mahumedem Sarracenum? Cujus librum, tot, tantosq́ Theologos, quantos noſtra habuit Europa, per DEI gratiam, vix ullum in propriâ linguâ legere potuiſſe, nonne dolendum eſt? Tentarunt quidam, illum refutare, ſed quid refutarunt aliud, niſi imperfectè, & lacerè communicata, ab alijs dicteria illius quædam, Librum autem, quem Mahumed, è cœlis per Archangelum Gabriel, accepiſſe, minùs conſideratè, gloriatur, non ſolùm non legerunt unquam, ſed ne viderunt quidem. Unde hoc? ob ignorantiam hujus linguæ. Sed, etiamſi legere potuiſſent, hic liber, in aliâ refutari, non debet, linguâ, cum effectu quodam, quàm eâ, quâ ſcriptus eſt, ſcilicet Arabicâ. Id quod fieri poterit nunquam, niſi hæc lingua, Europæ noſtræ, innoteſcat. Verùm hæc, ad bellum Antimahumedicum pertinent, quod Theologis, relinquimus, ſub duce eorum Clenardo, qui jamolim illud indixit, ceu Epiſtolæ ejus teſtantur.

Mahumed gloriatur, ſe Alcoranum è cœlis, per angelum Gabriel accepiſſe.

Bellum Antimahumedicum.

JAM igitur conſtat, omnes Utilitates, quæ ex linguâ Hebrææ proveniunt, ex linguâ Arabicâ, etiam prodire.

NUNC verò, paucis commemorabimus, alias Utilitates, quas ex hac linguâ, quilibet ſperare poteſt, cũ tamen hæ, linguæ Hebrææ, tribui non poſſint. Fatetur aliquoties, prædictus Clenard⁹, Hebrææ linguæ doctiſſimus, in Epiſtolis ſuis, ſe linguã Arabicã, addiſcere voluiſſe, ut affinitate linguæ, penitiùs intelligeret Hebraica. Vix itaq́ perfectam

Linguæ Arabicæ utilitates aliæ, quas Hebræa lingua non habet.

perfectam Hebrææ linguæ cognitionem, adipiſci poterit quiſquam, niſi beneficio hujus etiam linguæ. Ex hactenus dictis apparet, quantum hæc lingua, Sacroſanctæ Theologiæ *prodeſſe poßit.*

Verus Medic⁹ potiùs carere poteſt linguâ latinâ, quâ, vel Arabicâ, vel Græcâ.

MEDICINAE *verò, adeò neceſſaria eſt, ut, (quod, rectè, mihi Illuſtris ille Scaliger, corā narrabat, cū me, in addiſcendâ hac linguâ, occupatum eſſe, animadverteret,)* verus Medicus, potiùs linguâ latinâ, carere poſſet, quàm vel Arabicâ, vel Græcâ. *Et ut alia multa, brevitatis ſtudio, taceam, quantum quæſo, Medicinæ noſtræ, accederet, commodi, ſi Unicus Canon Avicennæ, ex fontibus, reſtitui poſſet, id quod ſummis dudum, à Dijs immortalibus, efflagitare conati ſunt, votis, Medici Clariſsimi non pauci. E quibus, unicum hîc, citare placet, Medici Præſtantiſsimi Amati Luſitani,* qui in Scholijs, Curationis primæ, Centuriæ ſuæ primæ, *ita inter alia, de hoc Authore loquitur:* Cujus, *(ſcilicet Avicennæ in curatione morſus viperæ,)* interpres, ineptiſsimè, loco alliorum, ſomnum, non ſine vitæ hominum periculo, interpretatus eſt. Sed ille, ut rem declaremus, nominum vicinitate deceptus fuit, cum Arabibus Taumi, allia ſignificet, Naum verò, ſomnum. Vice igitur Taumi, ſive Tumi, id eſt, alliorum, Naum, ſomnum vertit, proinde, qui Avicennam, virum meâ ſententiâ doctiſsimum, & cui, poſt Galenum, ſecundas dare debeamus, legerint, illius verba perpendant, ac magnâ animi advertentiâ examinent, opus habent, cum multis, & varijs, illius Canon, ſcateat erroribus, Qui meâ ſententiâ, non Avicennæ, ſed Interpreti potiùs, tribuendi ſunt. Faxint Dij, ut nobis aliquem, Arabicè & Latinè loquentem, mittant Medicum, qui Avicennam latiniorem, ac incorruptiorem faciat, &c. *Et paulò poſt:* Dabit DEUS aliquem, qui nobis integrum Avicennam reſtituat, latiniorem faciat, ac politum emittat. At, ut verum fateamur, hoc hodiè Germanis, utpote viris doctiſsimis, & linguarum peritiſsimis debetur. *Hæc ille.*

Vota, pro reſtituendo Avicennâ.

Periculoſus error, in latinâ verſione Avicennæ.

QVIBVS è verbis, Doctiſsimi Amati, quilibet videt, quàm periculoſis erroribus, præſtantiſsimum opus medicum Avicennæ, ſcateat. Benè namq; dicitur, pro שום *Tſumun, id eſt: allium, malè & non ſine vitæ hominum periculo, interpretem legiſſe,* נום *Numun, Id eſt: ſomnū. Facilis .n. eſt, mutatio puncti tertij eſſentialis, in primum. Et hujuſmodi, nō centū ſaltē, ſed multa millia, à Gerardo Cremonenſi*

monenſi, qui primus, ex Arabico Avicennam, in latinum tranſtulit, admiſſa ſunt. Cui tamen, venia danda. Iuriſconſultus enim, profeſſione fuiſſe dicitur, quomodo igitur, benè verteret, opus Medicum. Maximè autem, & impiè quaſi, injurij ſunt illi, qui Authori doctiſſimo, & elegantiſſimo, in propriâ linguâ, errores turpiſſimos interpretum, contumelioſè aſſcribunt. Præterea, ex jam citatis verbis, apparet, quanta ad DEVM, pro reſtitutione tanti Authoris Avicennæ, vota jam olim, præſtantiſſimus fecerit Amatus, & mirum, quòd tàm firmâ ſpe, hanc lauream, Germanis, tradiderit.

Gerardus Gremonenſis excuſatur.

Errores interpretum malè ipſis authoribus tribuuntur.

EVIGILA ergò, age, ô Germaniæ pubes, arripe, & adauge hæc qualiacunq; noſtra, hujus tantæ rei, fundamenta, nullis nec ſumtibus, nec laboribus parcens, in excolendâ hac linguâ, ſic eveniet, ut particeps fias, porrectæ hujus laureæ.

EGO, fateor, amore artis Medicæ, tot perpeſſus ſum moleſtiſſimos labores, nunc, quantum auri Arabici nactus ſum, totum illud vobis ultrò cōmunicabo, & breviꝰ in reſtituendo, hoc Authore, vobis præibo. Modò DEVS mentem ſanam, in corpore ſano, & aliquid otij, conceſſerit. Poſſem longè plura, in medium afferre, quæ ex cognitione hujus linguæ, in commodum eximium, facultatis Medicæ, cedere poſſent, ut, præter hactenus cognitorum Medicorum Arabum, Avicennæ, Meſues, Rhaſis, Abenzoaris, Albukaſis, Averrhois, Hali, Iſaac. &c. reſtitutionem, aliorum etiam, nobis pondum viſorum, interim maximè commendatorum, authorum, ut Durerigiureri, & per totam Aſiam Chirurgi celebratiſſimi, Hakimlukman, &c. communicationem. Sed, hæc ſufficiant.

PHILOSOPHIAE, *& per hanc* Juriſprudentiæ *etiam, non parum Vtilitatis, ex cognitione hujus linguæ, oriturum, nullus vir prudens, negabit. Arabes enim, ad quamcunq; doctrinarum partem reſpexeris, diligentiſſimè, eam pertractaſſe, invenies.*

Arabes, omnes doctrinarum partes, diligenter tractarunt.

QVAS Vtilitates omnes, animadvertentes Imperatores, Pontifices, Reges, Principes, alijq; Illuſtres & Clariſſimi viri multi, dudùm, maximis ſumtibus, conati ſunt, in excolendâ hac linguâ, aliquid laude dignū efficere. Ideoq; & in Concilio Viennenſi, in Galliâ Lugdunenſi, circa annum Chriſti 1308. præſide Clemente V. Pontifice, *cujus decreta ordine recenſentur in Clementinis*; Inter cætera ſancitum

rum eſt, ut in Academijs Romanâ, Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, & Salamanticâ, in ſingulis, ſint duo Profeſſores linguæ Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldeæ, vide lib. 5. Clementin. Tit. 3. *Sed proh, in omnibus iſtis Academijs, non invenies, duos Profeſſores linguæ Arabicæ, nedum, tot in ſingulis. Scio, non aliam ob cauſam, hoc fieri niſi, ob penuriam, virorum doctorum, qui illud officium, pro dignitate, gerere poſſent. Hæc itaq; me quoq; animabant, ad proſequendum hujus linguæ ſtudium.*

Cur vix ulli dentur Arabicæ linguæ Profeſſores.

NEQVE quicquam nos movet, Imperitorum quorundam hominum, minus prudens, de hoc ſtudio judicium. Putant enim, quia hac linguâ non eſt opus, vel ad emenda edulia, aut potus, vel, ad agendas cauſas, aut ad habendas, & audiendas conciones, & quod tàm diu, noſtra Europa, illâ caruerit, ideoq; in eâ nihil ponendum eſſe operis. Sed hos propria, confundit inconſiderata prudentia. Cur enim de alijs linguis idem non ferunt, judicium, aut ſi ferunt, ſibi ſapiant, ſuamq; ſibi reſervent, craſſam & bardam ignorantiam. Imprudentia enim horum, cuilibet mediocri judicio, & ſanâ mente prædito, abundè in oculos incurrit.

Judicium, inconſideratæ prudentiæ, quorundam de hac linguâ.

ATQVE hæc, pro primâ noſtræ propoſitionis parte ſufficiant, etiamſi longè plura, tàm de Vtilitatibus hujus linguæ, quàm de exemplis heroum, qui in excolendâ hac linguâ laborarunt, nec non de facilitate & præſtantiâ ejus, dici & debuiſſent, & potuiſſent.

II. Cur alijs hæc lingua tradatur?

SED, ne in integrum noſtra præfatiò, excreſcat tractatum, ad ſecundam propoſitionis noſtræ partem accedimus, nimirum, Cur jam alijs hanc linguam communicare cogamur propemodum; Vrget verò nos, ad hoc, præter ejus neceſſitatem, præſtantiam, & Utilitates, ipſius boni natura. Omne enim bonum, eſt communicativum ſui. Cogit nos, noſtra profeſſio Medica, in quâ, quoad vixerimus, diſcere, ac doceri, ſemper cupimus. Cogit nos, infirmitas noſtra. Tantum enim opus, linguam, ipſis etiam Arabibus, nondum quantū nobis innotuit, in artem redactam, excolere, Vnius non eſt hominis. Aliorum itaq; ut ſtudia excitemus, en, nonnullorum, qui idem ante nos tentarunt, inſiſtimus veſtigijs, prima jacientes hujus linguæ fundamenta. Coegit nos ipſa Juſtitiæ lex, ut gratus ſim, juxta illud Salvatoris noſtri, Matthæi 7. verſ. 12. Omnia quæcunquè vultis, ut faciant

ciant vobis homines, & vos facite illis. *Volo autem, & percupio hanc linguam diſcere; debeo itaq;, & ego, lubens, alijs communicare, ea quæ mihi jam conſtant, ſint etiam illa qualiacunq;. Coëgerunt nos, tot clariſſimorum virorum, etiam multis ab hinc annis, creberrimæ, inſtigationes, adſcribendum Grammaticam, & Lexica, quibus certè refragari mihi religio erat. Ita enim graviter quidam illorum, me urgere non ſunt veriti, ut, objecerint, me talentum mihi concreditum, iniqui diſpenſatoris more, abſcondere, ſpartamq; quam nactus ſim, non ornare, ſed, præ ſegnitie, aut invidiâ negligere. Cum tamen hæc, & ſimilia, in virum, vix cadant bonum. Extorſerunt itaq;, vereq; efflagitarunt à nobis, hoc noſtrorum conatuum ſpecimen, rude fateor & incultum. Limam enim adhibere moleſtiſſima noſtra, in pulvere practico, non admittit, conditio. Imò, repetitionem curſoriam vix concedit. Norunt namq; amici mei, quàm hæc omnia ſtudia, ſingulis horis ferè, quas illis deſtinavimus, quæ tamen ſunt pauciſſimæ, aliquoties interrumpantur.* Cur hæc exquiſitè elaborari non potuerint.

HIS de cauſis, quilibet ingenuus, facilè animadvertet, me hæc, non oſtentandæ eruditionis, (quam me poſſidere perexiguam, apertè, fateor,) ſed diſcendi amore, in amicorum gratiam, conſcripſiſſe. Cur hæc ſcripta ſint.

NEQVE hìc, malevolorum hominum, obtrectationes quicquàm curo, qui mirabuntur, quòd ego Medicus, Grammaticam ſcribam, cum facultatem meam alia decerent. Sed his, licet, ex antea dictis, jam ſatis reſponſum eſſe videatur, tamen naſutuli illi, cogitent ſaltem, ſi Carolus Magnus, Cæſar, non erubuit Grammaticam ſcribere Germanicam, & ipſe Rex Aegypti, Ptolomæus, qui εὐεργέτης primus appellatus fuit, in numero Grammaticorum, duci ac poni, præclarius ſibi, quàm regiâ dignitate excellere ſtatuit, credidítq; ad poſteritatem, glorioſiùs, ſibi Grammatici nomen, quàm Regis fore, *cur ego, erubeſcerem, Grammaticam linguæ Arabicæ, à tot magnis viris, parvo cum fructu, ſæpiùs hactenus tentatam, noſtræq; facultatis authoribus legendis, maximè neceſſariam, ſcribere.* Reſpondetur malevolis. Carol᷒ Magnus Cęſar, & Rex Aegypti Ptolomæus, fuerunt Grammatici.

III. *HVIVS autem librum primum, ſeu potiùs tantæ molis, linguæ Arabicæ fundamenti, primum lapidem, veſtro nomini ac honori, dare, dicare, conſecrareq; debui,* Viri Magnifici, Nobiliſsimi, Ampliſsimiq;, *quòd Ethnicorum etiam teſtimonio*, non nobis nati ſimus, Cur hæc dedicatio facta fuerit. I.

ſimus,ſed ortus noſtri partem ſibi patriâ, partem amici, vendicent. *Cum itaq; Rempublicam hanc veſtram laudatiſsimam, ipsâ naturâ, patriam meam, eſſe agnoſcam, voſq; omnes mihi benevolos, ipſo fa-*
2. *cto quotidie experiar, & non ſolùm in hac Vrbe veſtrâ natus, & honeſtiſsimè educatus ſim,ſed etiam,quod majus eſſe reputo,in omnis generis artibus liberalibus, linguisq; præter maternam, Latinâ, Græcâ & Hebræâ,edoctus fuerim,quomodo, ſine juſtâ, Ingratitudinis notâ,alium hujus mei laboris, tædioſiſsimi quidem, ac moleſtiſſimi,perexigui tamen,ſi ad veſtram conferatur amplitudinem ac authoritatem, eligere vel potuiſſem vel debuiſſem, Patronum. Volui*
3. *itaq; hac dedicatione, debitam erga patriam meam chariſsimam, Amplitudinesq; veſtras, gratitudinem hoc qualicunq; literato munuſculo, publicè toti mundo teſtatam facere. Et ut, ſi ex hiſce meis*
4. *honeſtis, ac neceſſarijs conatibus, aliquid gloriæ inpoſterum oriretur,patriæ,amplitudiniq; veſtræ,eam invidiſſe jure dici non poſſem. Vix enim ſcio,in ullâ Typographiâ, exceptâ Medicæâ Romæ, & Lugduni Battavorum Raphelengianâ, extra Hiſpaniam, & Pariſias,veros haberi characteres Arabicos.*

NAM, qui Heidelbergæ olim fuerunt, haud poſſunt cum his conferri, uti & illi, qui Pragæ eſſe dicuntur, vix eſſe jure dici poſſunt,cum nihil adhuc per eos in publicum prodierit.

HOC igitur,ex hiſce meis conatibus,ſi nihil aliud, Civitati veſtræ,accedet honoris ac Gloriæ, quòd, inter tot Orbis terrarū regiones,hujus noſtræ Sileſiæ Metropolis, veſtra Bresla laudatiſsima, typos etiam nunc poſſideat Arabicos.Similem laudem,nuper D.Ferdinandus Imperator,ſacratiſsimæ memoriæ, *Viennæ, Metropoli Auſtriæ,tribuit, erigens in illâ, Imperiali ſuâ liberalitate, typogra-*
5. *phiam Syriacam.Spero itaq; quod omnibus bonis,ex hiſce meis conatibus,non obſcurè* conſtet,me,*poſt gloriam nominis divini,omnes totius meæ vitæ actiones,& conſilia, in patriæ & amicorū, honorem ac utilitatē,direxiſſe,ideoq; nullis unquā,peperciſſe ſumtibus,& moleſtijs,ut me aliquando re ipsâ,talem publicè exhiberē, neq; in poſterum unquam, dum ſpiritus, hos meos, reget artus, ſedulò hoc facere*
6. *intermittam. Quod, ut eò felicius aſſequi poſſim,de veſtrâ mihi benevolētiâ,& favore,* viri Magnifici,Nobiliſsimi,Ampliſsimiq;

optima

optima quæq́ polliceor. Hanc veſtram benevolentiam, & ſingularem, erga ſtudia ac artes liberales, horumq́ cultores, favorem, ut alijs orbis terrarum nationibus ſignificarem, veſtro ſub nomine, hoc tantum opus, excolendi hanc linguam, auſpicari volui.

OBNIXE autem oro, ut, Amplitudines veſtræ, hoc quicquid ſit munuſculi, ſerenâ ſuſcipere fronte velint, & me cū omnibus meis, in primis etiam conatibus hiſce, ſibi etiam atq́ etiam commendatum eſſe, patiantur. Ego, quantum in me erit, vobis, patriæq́ meæ dulciſsimæ, pro virili, ipſo facto, ut inſerviam, ſummam dabo Operam.

ORO Authorē & Datorem linguarum, Patrem, Filium Jeſum, & Spiritum Sanctum, DEUM Unum, *ut in Mundi extremâ hac fece, in quâ nunc vivimus, nos,* Magnificaſq; Amplitudines veſtras, *regere, beare, ac ſanctificare velit, ut ipſi in hac mortali noſtrâ & caducâ patriâ, vivere, grataq́ omnia facere, & ſuo tempore, per omnem æternitatem, in verâ illâ patriâ, Vbi converſatio noſtra eſt, in cœlis, beatè cohabitare poſsimus. Amen.* Dab. Breslæ. VII. Calend. Junij, quæ erat II. Feria Pentecoſtes.

Magnif. Amplitudinibus
veſtris

addictiſsimus

PETRUS KIRSTENIUS,
Philoſophiæ & Medicinæ, Doctor.

AD

AD LECTOREM.

Difficultas hujus operis.

HAVD quenquam, mediocri judicio præditum, Lector amice, *dubitare opinor, opus hoc, quod σὺν θεῷ, jam exoritur, excolendi linguam Arabicam, Europæ noſtræ, hactenus ferè incognitam, ipſisq́ Arabibus, nondũ, quãtum nobis innotuit, in artem redactam, eſſe difficilimum. Quàm enim difficile ſit, aliam,* à maternâ noſtrâ *ſatis cognitam, & præceptorum cancellis, incluſam, linguam, addiſcere, quilibet, paulò peritior novit. Maximè verò, norunt illi, qui non* maternæ *ſaltem, &* Latinæ, *ſed & alijs, pluribus linguis ſtuduerunt. Quanti enim laboris eſt,* Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, Perſicæ, Turcicæ, Aethiopicę, *aut, ne de tàm longè à nobis diſsitis ſaltem linguis, loquamur,* Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Belgicæ, Anglicæ, *Imò, propinquiorum adhuc nobis,* Polonicæ, *ac* Bohemicæ *linguæ, mediocrem ſolùm, acquirere cognitionem? quam ut aſſequeremur nos, Vnà, cum ſtudio Philoſophico, ac Medico noſtro, cuilibet, ut arbitror conſtat, quantum moleſtiarum perpeſſi fuerimus.*

Præſtantia hujus linguæ.

PRÆ reliquis tamen omnibus, licet difficillima, tamen unicè neceſſaria, ſemper mihi viſa eſt, lingua Arabica, *tanquam, ſi non mater reliquarum omnium, tamen multis modis, reliquas ſuperans, id quod, alibi nos monſtraturos in præfatione, diximus. Hanc, ut Europæ noſtræ, communicarent, viri doctiſsimi, optarunt quidem multi, tentarunt pauci, ob difficultatem verò operis, & adjumentorum inopiam, ad tantam rem, non negligenter, agendam, effecerunt nulli. Hoc opus tàm difficile, quibus medijs adjuti, nunc aggrediamur, ſuo tempore oſtendemus pleniùs, Vbi, quomodo hoc ſtudium perſecuti fuerimus, tractabimus.*

VNVM hoc loco, ſilentio involvere nunc, neutiquam poſſum, quòd, præter rationes illas, quas in præfatione breviter, expoſuimus, dum illius ſecundam, inſtitutæ narrationis, partem, explicaremus, non parum me incitaverit, induſtria non levis, honeſti, artificioſi, ac diligentis, Iuvenis, Petri à Selaw; qui noſtris ſumtibus, ad modum, à nobis Arabica, etiam cum punctis omnibus, rectè imprimendi, inventum, ipſiq́ præſcriptum, typos, ſeu figuras literarum metallo

tallo inciſas, quibus hæc vobis communicantur, Arabicas, ſculpſit, fuditq́. Hos non ſolùm Romanis eſſe pares, ſed & ſuperiores, ex collatione, facilè apparebit, necnon, ex illis literarum figuris, quæ in manuſcriptis Avicennæ, & aliis, ſunt frequentiſſimæ, ut ع ـعـ *Ain,* غ ـغـ *Ghain,* ح ـحـ *Dal,* ـخـ خ *Dſal,* ﻫ ﻬ ـه ـﻪ ه *Ha, &c: numerorum item, Apoſtolicorum characteres, quos Romani non communicarunt, qui tamen, inter legendum, ſtudioſos, mirè remorari poſſunt.*

Typos hoſce arabicos quis conſcecerit.

Qui typi, Romanis, nunc additi fuerint.

HVIVS itaq́ Petri noſtri, diligentia, non parùm ſtudioſis proderit, in faciliùs addiſcendâ hac linguâ. Nam, certò ſibi perſuadeant, hujus linguæ ſtudioſi, ſe tantâ facilitate, hanc linguam hauſuros, quantâ, nos difficultate, eam tradimus, ſi modò, ſcripta noſtra, diligenter legerint. Paucis enim diebus, ex hoc primo noſtro, Grammatices libro, veram legendi & ſcribendi hanc linguam, rationem, addiſcent, ſi ſchema ſequens, frequenter primò, adſpiciant, & cum decem accidentibus, quæ in decem, manus utriusq́ digitis, memoriæ mandare poſſunt, obſervent. Deinde, hæc ſcribendo, & legendo, aſſiduè exerceant, donec hujus rei artifices facti fuerint.

Facilitas hujus linguæ addiſcendæ.

NEQVE tamen ipſos offendat, ſimplex, & incultum dicendi genus noſtrum. Ab hiſce enim ſacris Arabicis, abſtinere jubemus, delicatas aures Atticas, & quæ lenocinia verborum quærunt. Nam, ſi ita locuti fuerimus, ut lector benignus, quid dicere voluerimus, probè intellexerit. Optimè nos dixiſſe judicabimus.

PORRO, noſtrum non eſt, cõmemorare, quantis laboribus, hæc, recentibus typis expreſſa fuerint. Ut enim nihil, de aliis dicamus moleſtiis, eas ſaltem cogitet quilibet, quas, in procurandis & coaptandis, invicem, his typis, devoravimus. Nam, nullus eorum miniſtrorum, ne ا *Aliph quidem, hujus linguæ, novit, quomodo ergò, vel ſculperet literas, vel coaptaret, aut coaptatas corrigeret, niſi priùs, à nobis doctus.*

Moleſtiæ de impreſſione hujus operis.

AT in ſecundo noſtro, Grammatices, libro, etſi, in eruendis, verborum formis, ac flexionibus, devoranda erunt tædia, tamen agemus tantum, quantum nobis conceſſum fuerit, maximè, ſi à viris doctis

Judicium virorú bonorum de his conatib. & manus auxiliares imploratur.

doctis,amicè admoniti fuerimus, quid de ſpecimine hoc noſtro ſentiant,vel,quid in eo deſiderent,&,ſi aliqui, quod unicè imploramus, auxiliares nobiſcum conjunxerint copias, libroſq́ conquirere Arabicos,ſtuduerint.

NOS ſanè,intra ſeptennium,jam,ex Alepo,nobiliſſimo Syriæ Emporio,non paucos ſperamus authores medicos Arabes, & brevi etiam,Venetijs habebimus quoſdam, ad noſtrum inſtitutū mirificè profuturos.

Invitatio ad communicationem librorum Arabicorū.

Nuper verò inſigni humanitate, & ſummo erga liberalia ſtudia favore, motus, vir Clariſsimus ac Humaniſsimus, Dn. Sebaſtianus Tengnagel Buranus Sycamber, Bibliothecæ Cæſariæ, qvæ eſt Viennæ in Auſtriâ, Curator, *non ſolùm, nomina Herbarum,ex manuſcripto exemplari Cæſario, Dioſcoridis,per vetuſto, arabica,ad marginem annotata, per Turcam quendam exſcripta, liberaliſſimè communicavit, ſed &, eidem Bibliothecæ, à ſe datos & legatos duos codices,altero quatuor Evangeliſtarum, altero ſecundi libri Canonis Avicennæ, manuſcriptos antiquiſſimos, tranſmiſit.*

HVIVS ad exemplum, ſi alij viri clari,quorum in ampliſſimis Bibliothecis,ſimiles turpi ſitu caneſcentes,ſæpè abjecti,atq; ita inutiles latent libri,nos,in hoc noſtro propoſito,juvarent,aut ipſi publico uſui & commodis, non inviderent, ſed eruerent,traderent, communicarentq́,næ hiſce noſtris conatibus, tanquam accenſæ lucernæ, oleum affunderent. Id quod omnes viros bonos, certè, inpoſterum facturos ſperamus, ne more canum in præſepio, *ijs uti ſeu veſci prohibeant alios, quibus tamen ipſi gaudere, non poſſunt, ſed ſuâ culpâ, & damno,ad,eò gravius,olim,perferendū judicium,illa negligant.*

NON tamen hæc,quisquam,in ſiniſtram,ita ſuſcipiat partem, ac ſi cuiquam ſua extorquere, vi,velimus,ſed potiùs, ut alij contemtas, ob virium ignorationem,margaritas, gemmaſq́ Arabicas, inſtar Galli Aeſopici, *invenientes, cum eas tollere, & honorem ac ornamentum ipſis conciliare,neſciant, pro grano tritici, cum alijs, qui ijs uti poſſunt,commutent, ne fortunam,ſibi oblatam, quamvis ipſi,eam ſuſtinere nequeant, infament.*

HIC tamen,& nos ultrò fatemur,ob conditionem,ſtatus noſtri, imbecillitatemq́ noſtri ingenij, aliorumq́ adjumentorum, paucis illis,

lis,interim ſolidi auri arabici maßis, ex voto, & verè uti non poſſe, ſed nobiſmetipſis in principijs his, adhuc multa non ſufficere, neq; penitus placere. Cùm verò, nos non lateat, in ſummâ hac Mundi, & humanâ omni imperfectione, à nemine, neq; ipſo Diogene, *quicquam perfectum, & abſolutum, poſſe inveniri, Ideò nobiſcum, dicat pro noſtris partibus, in tanto opere Poëta,* IN MAGNIS ET VOLUISSE, SAT EST. Vale.

V. CL. DN.

PETRO KIRSTENIO

PHILOSOPHO ET MEDICO MULTILINGUI,

Affini & Amico ſuo.

VLtra Arabas ſcriptis tua quô clareſceret olim
Patria, trans Mechæ littora, PETRE tuis,
Vovi, ſi teneo, cum quondam clangeret omnis
Noſtro pulſa Salæ vallis amoena vale.
Qvæ nimia affectu tunc viſa precatio multis
Sæpè mihi roſeis induit ora genis.
At tu ferventem mentiri haud paſſus amicum,
Atq;, velis, nimium non fore tale probans.
Mòx Arabum noſtras incognita penè per oras,
Grammata tàm facili tramite nota facis,
Ut Mahumedanæ mediâ de Perſide legis
Interpres facili neſciat arte magis.
Non hinc & patriæ ſimul ibit nomen ad Indos?
Non maris Eoï tendet ad uſq; ſinus?
Haud tamen ut ſummi blaſphemia numinis inde
Creſcat & in noſtro ſit quoq; ſparſa ſolo.
Sed, quibus incumbit pia cura obſiſtere tali,
Ut lingvæ id medio commodiore queant.
Et, quæ de Medicis alijſq; polita ſuperſunt,
Barbariem valeant præter in orbe legi.
Perge igitur, perge, &, ceu dogmata prima dediſti,
Hæc exercendi da quoq; materiem.

MAURITIUS SCHRÖTER D.
de facultate Medicâ Academiæ
Lipſenſis,

IN

IN GRAMMATICAM ARABICAM, CL. V. DN. PETRI KIRSTENII WRATISlavienſis, Phil: & Med: Doctoris.

AVREA præcipuæ ſunt tanquam vaſcula linguæ,
Quæ tribuunt nobis optima dona DEI,
Doctrinam veræ ſolidam pietatis, & artes,
Vnde ſalus, ad nos, omne bonumq; fluunt.
Sed qua gaudet Arabs, tuus, ô, vicinus, Iuda,
Magna quoq; antiqua nomina laudis habet,
Res quia cœleſtes, medicas, propriasq; Mineruæ
Continet, & Methodo dexteriore docet.
Hanc tibi nunc aperit, ſtudio, KIRSTENIVS, acri,
Ingenio præſtans, & bonitate ſtyli.
Rettulit hanc Gazam ſecum regione remota,
Pæonias ſequitur dum ſtudioſus opes,
Non terræ fugiens, non crebra pericula Ponti,
Quà vel Sol oritur, vel vada ſalſa ſubit.
Si labor eſt, uſu tritam benè diſcere, quantum,
Linguam Arabum tenebris eruere, eſſe putas?
Authorem præſens igitur mirabitur ætas,
Nomen & ipſius poſthuma fama canet.

M. Nicolaus Steinbero,
Gymnaſij VratisL. ad D. Eliſab. Rector.

TRES tantùm linguas ſolita eſt celebrare vetuſtas
Ornatas titulis, nominibuſq; ſuis.
Hebræam dixêre ſacram, Sapientia Græcæ
Credita, Romulidûm lingua potens habita eſt.
Error ineſt dicto: Haud uni hæc encomia cedunt,
Sacra, potens, ſapiens, quælibet eſſe poteſt.
Ipſe reclamat Arabs: maternæ commoda linguæ
Iactat, & in precio non minor eſſe volet:
Scilicet exemplo illuſtri id KIRSTENIUS unus
Edocet, hac ipsâ ſedul[illegible] novâ,
Deſcribens formas, atq; inſtrumenta legendi,
Ad quemvis captum conveniente viâ.

Expectata

Expectata venit peregrinæ copia linguæ,
Tot deſiderijs ſæpè petita bonis.
Europæ non viſæ locis quæ ſcripta latebant,
Nunc demum in lucem poſſe redire patet.
Fœderibus factura viam eſt hæc lingua reducta,
Atq; infinitis uſibus apta dabit.
Hinc tibi ſemper erunt, cupiant qui dicere laudes,
Lector & hoc ipſo nomine gratus erit.
Si placet importans ficos propola recentes,
Emptor honorifico comprobat & precio:
Quàm tibi divini à multis tribuentur honores
Qui linguam hanc Arabum primus ab arte doces.

M. Martinus Weinrichius.

SI conqueſta, ſuo de tempore, quælibet ætas,
Præmia Muſarum navis cultoribus æqua
Non tribui: Quî nos hoc quæſo tempore, triſti
Non animo triſtem repetamus, & ore, querelam?
Quando capit Sartor; nec non ſua præmia Fartor:
Et quis Tonſori præconia maxima laudum
Denegat? arte licet crines vix pectere poſſit.
At qui Pieridum multo ſudore ſecutus
Caſtra, jacet ſpretus, nullo quaſi dignus honore.
Anxius hæc mecum dum volvo, animoq; revolvo
Docte Vir, Aonidum cultor celebrate per Urbem.
Certè magna meam ſubit admiratio mentem,
Cur tanto, cupias, mundo, inſervire labore,
Ingrato: multoq; magis non otia captes;
Otia, quæ poſſent ſuperare negotia multa.
Sed tua ſcripta meis oculis ubi cernere primùm
Fas fuit, & cœpti penitus cognoſcere cauſas,
Queîs perſuaſus agas hoc: quicquid garriat alter.
En abijt: placuitq; mihi, quòd dia ſequaris
Juſſa, quibus non eſt tutum ſe opponere; vera
Quem vitæ alterius tangit modò cura ſalutis.
Perge igitur conſtans: ſic ſic placuiſſe Tonanti
Conandum eſt ſummo: Nam ſic tua fama feretur
Docta per ora Virûm: nec ſecla futura ſilebunt.
Ingrati valeant: Gratos labor iſte ſalutet.

Andreas Franck VratisL.
Patriæ Scholæ ad D. M. Magd.
Collega.

Digitized by Google

PETRI KIRSTENII, VRATISLAVIENSIS, PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS

LIBER PRIMVS, GRAMMATICES ARABICÆ.

SIVE

ORTHOGRAPHIA, ET PROSODIA ARABICA.

Lingua Arabica præ omnibus alijs linguis per orbem terrarum latiſſimè patet.

QVOD, GRAVISSIMIS DE CAUSIS, *multis ab hinc annis, Jmperatores & Pontifices Summi, Reges ac Principes Sereniſſimi, aliiq́ Illuſtres & Clariſſimi viri multi, Linguam Arabicam, (cujus ſolius Vſus, præ omnibus reliquis linguis, non Vnam orbis terrarum partem, ad hodiernũ uſq́ diem occupavit, ſed per omnes illius partes patet,) cunctis, Europæ noſtræ, partibus, communicare voluerint, quidq́ in hoc ſuo pio, & maximè neceſſario inſtituto, præſtiterint, alibi, in præfatione, breviter, quantum nobis cognitum fuit, indicavimus. Iisdem itaq́ & nos, rationibus, (quibus acceſſerunt, virorum Clariſſimorum, nobis amicorum, creberrimæ inſtigationes, petitionesq́) permoti, propoſuimus nobis, Talentum, ut ipſi vocant, nobis concreditum, ſpartamq́ hanc, quam nacti ſumus, non terrâ abſcondere, vel negligere; Sed, quantum in nobis erit, noſtraq́ patietur conditio, benè elocare, atq́ ornare.*

HOC, ut rectè fieri poſſet, Fundamenta hujus linguæ, id, quod multi viri doctiſſimi, maximis votis, fruſtrà deſiderarunt, hactenus, nunc ponere, in animum induximus noſtrum. Quæ cum per aliam, artium liberalium nullam, quàm per Grammaticam, poni poſſint, Eam in amicorum gratiam, conſcribemus, non quidem, præſumentes, tantum opus, linguam hanc, integram, & omnibus numeris abſolutam, ſtudioſis, in hiſce principijs, nos abſolvere poſſe; Sed, ut his noſtris laboribus excitati alii, fortè, & Arabes ipſi, viri docti, hanc telam, etiam olim, à viris quibuſdam Clariſſimis cœptam, pertexant, & nos.

Cur hæc conſcripta, ac edita fuerint.

& nos, iis, qui hoc à nobis flagitarunt, jamq́ efflagitarunt, ſatisfaciamus.

Quibus hæc ſcripta ſint.

QVIA verò, non pueris ἀναλφάβητοις, vel omnium liberalium artium ignaris, aut, quibus nihil unquam quicquã injuſtius, hominibus imperitis, hæc ſcribuntur: ſed iis, quorum præcordia de meliori luto, finxit DEVS, quiq́ vel ad minimum, linguæ etiam latinæ, (quæ non injuriâ, hiſce ſeculis, omnium reliquarum linguarum, cunctarumq́ diſciplinarum liberalium, ὄχημα καὶ ὄργανον, dici poſſet,) mediocrem habeant cognitionem. Ideò, non fore operæ pretium duximus, vel novas, nobis fingere Grãmatices tradendæ, μεθόδους, vel multa, ineptè, de definitione Grãmatices, ejusq́ partibus, diſputare, ſed illa omnia, jam in animo ejus, qui hanc addiſcere voluerit linguam, præſuppoſita eſſe, præſumimus. Cùm itaq́ Grammatica ſit certa loquendi & ſcribendi ratio, ejusq́ quatuor ſint partes, Orthographia, Proſodia, Etymologia, & Syntaxis, nosq́ nobis propoſuerimus, hujus linguæ rudimenta breviſſimè, (non compilando aut refutando aliorum ſcripta ac errata, quod & copiâ, & nauſeâ confunderet ſtudioſos, planeq́ videtur eſſe ſupervacaneum, cùm rectum ſit ſui & obliqui index,) & quâ fieri poterit perſpicuitate, ſtudioſis hujus linguæ communicare. Placuit totum hoc negotium, tribus comprehendere libris. In quorum primo, (quem etiam typis nunc, tanquam exploratorem judicij virorum doctorum de hoc inſtituto noſtro, committere, neceſſitate & amicorum petitionibus coacti, voluimus,) veram rationem legendi & ſcribendi Linguam Arabicam, explicabimus. Vbi duæ priores Grammaticæ partes, Orthographia nimirum, & Proſodia, tradentur. In Secundo, de Etymologiâ, ſive tribus Arabũ partibus orationis, agetur. In Tertio, de Syntaxi. Quos duos poſteriores libros tamen, non antè, quàm certiores facti fuerimus, quamnam apud viros bonos & doctos, hic noſter labor, habiturus ſit gratiam, publici juris faciemus. Etiamſi tertium, qui in omnibus Arabum ſcholis prælegi ſolet, jam confectum habeamus. Sed potiùs, πρόδρομον, Arabici Lexici noſtri magni, Lexicon Medicum, aliosq́ exercitationis gratiâ, enodatos à nobis, ex fontibus Arabicis authores, ut Avicennæ Librum canonis ſecundum, cum verſionibus, & Evangeliſtarum libros, cum geminâ verſione.

Lingua Latina.

Quomodò hæc ſcripta ſint.

Diſpoſitio totius operis.

Liber prim.

Liber ſecundus.

Liber tertius.

Quando hi poſteriores duo libri edentur.

Tertius liber iam cõfectus.

Lexicon Medicum.

Avicennæ lib. 2. Canō.

Scripta Evãgeliſtarũ.

verſione, ac notis noſtris, ex collatione textuum Hebræi, Syriaci, ſive Chaldæi, Græcorum, & Latinorum, *ſi Deo noſtro viſum fuerit, præmittemus. Ita enim, (quod in linguâ adeò ignotâ, omnibus conſtat eſſe difficilimum,) eò magis, ſubtilitates Grammaticæ, inquirendo innoteſcent, colligiq́ poterunt. Quo in ſtudio, ſi aliqui viri docti, auxiliares nobiſcum conjungere voluerint copias, habebunt nos promtiſſimos. Ceu fuſiùs, in præfatione ad Lectorem, diximus.*

Auxiliares copiæ implorantur.

HIS præmiſſis, ipſam nunc aggrediemur rem, veram *nimirum* rationem legendi & ſcribendi, Linguam Arabicam. *Quæ, ut à ſtudioſis hujus linguæ, eò faciliùs, imò ſine ullâ moleſtiâ, addiſci poſſit, conſultum eſſe putavimus; Tanquam in clypeo* Vulcani, Aeneæ, *proponere, omnes omnium literarum, punctorum, numerorum, frequentiorumq́ abbreviationum, figuras Arabicas, ut uno quaſi intuitu, cum cujuslibet literæ nominibus, aſpici, memoriæq́ mandari poſſint. Omnes dico figuras, quibus in rectè hactenus impreſſis, vel diligenter conſcriptis voluminibus Arabicis, viri docti, uſi ſunt. Non verò omnes, quas ſibi quilibet Afer, vel Aſiaticus, aliarumq́ gentium amanuenſis finxit. Illæ enim, tot ferè ſunt, quot iſtorum ſcribentium capita, ceu in aliis linguis ferè omnib. uſu venire ſcimus. Deinde, in explicandis, hujus veluti Schematis, linguæ Arabicæ, particulis, primò omnibus ſimul; Deinde aliquot conjunctim, tandemq́ quâlibet ſeorſim;* altera, *hujus libri occupabitur, pars*, Tertia verò, *in exercitio ſcriptionis, & Lectionis.*

Diſpoſitio hujus libri. Prima pars hujus libri.

Quæ figuræ linguæ Arabicæ tradantur.

Secunda pars hujus libri. Tertia pars hujus libri.

SCHEMA ITAQ; FIGURAS,
ELEMENTORUM LINGVAE ARABICÆ CONTINENS,
HOC ESTO.

Classis III. Punctorum.	Classis II. Numerorum. Numerus. Latin.	Arab.	Classis I. Literarum Alphabeti Arabici. Poteſtas.	Appellatio. Latina.	Arabica.	Figura in Fine.	Medio.	Principio.
Puncta alia ſunt:	.I.	١	*A.*	*Aliph.*	الِف	ا	ـا	ا
Eſſentialia. I. ◌ٜ	.II.	٢	*B.*	*Ba.*	بَا	ب	ـب	بـ ـبـ
II. ◌ٞ III. ◌ٝ	.III.	٣	*T.*	*Ta.*	تَا	ت	ـت	تـ ـتـ
Vocalia.	.IV.	٤	*C* ante i vel e. ſive tſ.	*Tſa.*	ثَا	ث	ـث	ثـ ـثـ
8. 7. 6. 5. 4.	.V.	٥	*G* Italorum ante i. vel e.	*Gſim.*	جيم	ج	ـج	جـ ـجـ
9. 3 — 11. 10.	.VI.	٦	*Hh.*	*Hha.*	حَا	ح	ـح	حـ ـحـ
Servilia.	.VII.	٧	*Ch.*	*Cha.*	خَا	خ	ـخ	خـ ـخـ
XII. XIII.	.VIII.	٨	*D.*	*Dal.*	دَال	د	ـد	د
XIV. XV.	.IX.	٩	*Dſ.*	*Dſal.*	ذَال	ذ	ـذ	ذ
Et novem harum literarũ	.X.	١٠	*R.*	*Ra.*	رَا	ر	ـر	ر
figuræ.	.XI.	١١	*Z.*	*Zain.*	زَاين	ز	ـز	ز
ح د ر س ص ط ع ك ه	.XII.	١٢	*S.*	*Sin.*	سين	س	ـسـ	سـ
Finalia.	.XIII.	١٣	*Sch.*	*Schin.*	شين	ش	ـشـ	شـ
XVI.	.XIV.	١٤	*Sh.*	*Shad.*	صَاد	ص	ـصـ	صـ
XVII.	.XV.	١٥	*Dſh.*	*Dſhad.*	ضَاد	ض	ـضـ	ضـ
XVIII. XIX.	.XVI.	١٦	*Th.* ſine ſibilo	*Tha.*	طا	ط	ـطـ	طـ
XX.	.XVII.	١٧	*Thdſ.*	*Thdſa.*	ظا	ظ	ـظـ	ظـ
XXI. XXII.	.XVIII.	١٨	*Ai.*	*Ain.*	عين	ع	ـعـ	عـ
XXXIII.	.XIX.	١٩	*Ghai.*	*Ghain.*	غين	غ	ـغـ	غـ
XXIV.	.XX.	٢٠	*Ph.* vel f.	*Pha.*	فا	ف	ـفـ	فـ
XXV.	.XXI.	٢١	*C.* ante a. vel q.	*Caph.*	قَاف	ق	ـقـ	قـ
XXVI	.XXII.	٢٢	*K.*	*Kaph.*	كَاف	ك	ـكـ	كـ
XXVII.	.XXIII.	٢٣	*L.*	*Lam.*	لَام	ل	ـلـ	لـ
XXVIII.	.XXIV.	٢٤	*M.*	*Mim.*	ميم	م	ـمـ	مـ
Et aliæ plu-	XXV.	٢٥	*N.*	*Nun.*	نُون	ن	ـنـ	نـ
res, quas quilibet ſibi fingere, & ab a-	.XXVI.	٢٦	*H.*	*Ha.*	هَا	ه	ـهـ	هـ
lijs colligere poteſt.	.XXVII.	٢٧	*V.* vel *w.*	*Vau.*	وَاو	و	ـو	و
	.XXVIII.	٢٨	*I.* ante a. vel e.	*Ja.*	يَا	ي	ـيـ	يـ

CLAS-

CLASSIS IV. ABBREVIATIONUM.

Abbreviationes frequentiores Arabicæ.

	Reſolutio.			Poteſtas.	Appellatio.		Figura.
I.	ا	&	ل	*La.*	*Lam Aliph*	لام اَلِف	لا لا لا
II.	ى	&	ف	*Phi.*	*Pha Ja.*	فا يا	في في
III.	ي	&	ل	*Li.*	*Lam Ja.*	لام يا	لي لي
IV.	م	&	ل	*Lam.*	*Lam Mim.*	لام ميم	لم
V.	م	&	ث	*Tſum.*	*Tſa Mim.*	ثا ميم	ثم

Et aliæ literæ quæ hac ، *virgulâ, ſeu lineâ rectâ* – *notantur, ut* ى ي *Ia,* ت *Ta,* ن *Nun,* ب *Ba,* ث *Tſa.*

QVIA amicis quibuſdam noſtris placuit, ut Schema hoc, figuras elementorum linguæ Arabicæ continens, non ſaltem ipſo libro inſertum typis transſcriberetur, ſed etiam in gratiam ſtudioſorum, peculiari chartæ impreſſum, cuilibet exemplari, adjungeretur; Ita enim futurum, ut minori cum tædio, quicunq; ex hiſce noſtris laboribus, huic linguæ operam dare velint, in hoc libro verſentur. Non enim toties ad hoc Schema, libro ſaltem inſertum, recurrere opus erit, ſed extra librum eo propoſito, vel tabulæ aut parieti affixo, majori cum jucunditate & utilitate, reliqua hujus libri legere, iiſq; frui concedetur. Huic itaq;, tam æquæ petitioni, occaſione ſic ferente, nunc locum dare decrevimus, atq; cuilibet exemplari hujus libri, duplex Schema, ut adderetur mandavimus, quo, ut feliciter ſtudioſi hujus linguæ uti poſſint, DEUM oramus, &, ne quis hoſce noſtros conatus perdifficiles, ſiniſtrè interpretari, ſed benignè ſuſcipere, atq; pro virili juvare velit, etiam atq; etiam rogamus.

ELEMENTORUM LINGUÆ ARABICÆ,

Classis III. Punctorum.	Classis II. Numerorum. Numerus. Latin.	Arab.	Classis I. Literarum Alphabeti Arabici. Poteſtas.	Appellatio. Latina.	Arabica.	Figura in Fine.	Medio.	Principio.
Puncta alia ſunt:	.I.	١	*A.*	*Aliph.*	الِفْ	ا ـا	ـا	ا
Eſſentialia. I. ˙	.II.	٢	*B.*	*Ba.*	بَا	ب ـب	ـبـ	بـ
II. ¨ III. ∴	.III.	٣	*T.*	*Ta.*	تَا	ت ـت	ـتـ	تـ
Vocalia.	.IV.	٤	*C* ante i vel e. ſive tſ.	*Tſa.*	ثَا	ث ـث	ـثـ	ثـ
8. 7.6.5.4.	.V.	٥	*G* Italorum ante i. vel e.	*Gſim.*	جِيمْ	ج ـج	ـجـ	جـ
9.9 11.10.	.VI.	٦	*Hh.*	*Hha.*	حَا	ح ـح	ـحـ	حـ
Servilia.	.VII.	٧	*Ch.*	*Cha.*	خَا	خ ـخ	ـخـ	خـ
XII. XIII.	.VIII.	٨	*D.*	*Dal.*	دَالْ	د ـد		
XIV. XV.	.IX.	٩	*Dſ.*	*Dſal.*	ذَالْ	ذ ـذ		
Et novem harum literarū	.X.	١٠	*R.*	*Ra.*	رَا	ر ـر		
figuræ.	.XI.	١١	*Z.*	*Zain.*	زَايْنْ	ز ـز		
	.XII.	١٢	*S.*	*Sin.*	سِينْ	س ـس	ـسـ	سـ
Finalia.	.XIII.	١٣	*Sch.*	*Schin.*	شِينْ	ش ـش	ـشـ	شـ
XVI. XVII.	.XIV.	١٤	*Sh.*	*Shad.*	صَادْ	ص ـص	ـصـ	صـ
XVIII.	.XV.	١٥	*Dſh.*	*Dſhad.*	ضَادْ	ض ـض	ـضـ	ضـ
XIX. ∘	.XVI.	١٦	*Th.* ſine ſibilo	*Tha.*	طَا	ط ـط	ـطـ	طـ
XX. • XXI.	.XVII.	١٧	*Thdſ.*	*Thdſa.*	ظَا	ظ ـظ	ـظـ	ظـ
XXII.	.XVIII.	١٨	*Ai.*	*Ain.*	عَيْنْ	ع ـع	ـعـ	عـ
XXXIII.	.XIX.	١٩	*Ghai.*	*Ghain.*	غَيْنْ	غ ـغ	ـغـ	غـ
XXIV. * * *	.XX.	٢٠	*Ph.* vel f.	*Pha.*	فَا	ف	ـفـ	فـ
XXV.	.XXI.	٢١	*C.* ante a. vel q.	*Caph.*	قَافْ	ق	ـقـ	قـ
XXVI >X<	.XXII.	٢٢	*K.*	*Kaph.*	كَافْ	ك ـك	ـكـ	كـ
XXVII.	.XXIII.	٢٣	*L.*	*Lam.*	لَامْ	ل ـل	ـلـ	لـ
XXVIII.	.XXIV.	٢٤	*M.*	*Mim.*	مِيمْ	م ـم	ـمـ	مـ
Et aliæ plures, quas qui-	.XXV.	٢٥	*N.*	*Nun.*	نُونْ	ن ـن	ـنـ	نـ
libet ſibi fingere, & ab a-	.XXVI.	٢٦	*H.*	*Ha.*	هَا	ه ـه	ـهـ	هـ
liis colligere poteſt.	.XXVII.	٢٧	*V.* vel w.	*Vau.*	وَاوْ	و ـو	ـو	و
	.XXVIII.	٢٨	*I.* ante a. vel e.	*Ja.*	يَا	ي ـي	ـيـ	يـ

CLAS-

conſignificativam, vocant حرف *Harphun, quòd hac, ſæpiùs ex oratione remotâ, illa tamen permaneat integra, quòdq́; variè, in oratione, transferatur, eamq́; ſæpè ſolvat. Neq́; hic, plura addemus, cum in ſequentibus, id fuſiùs facere cogamur.*

POTESTAS; *in Schemate, ex inſcriptionibus jam patet. Conſtituunt enim hæc elementa, Literas Alphabeti Arabici, characteres numerorum, punctorum, & Abbreviaturarum. De quo accidente, itidem plura, in ſpeciali tractatione.* 5.

ORDO; *etiam patet, ex Schemate. Primo enim loco, poſuimus, Elementa literarum Alphabeti, & ad horum numerum indicandum, appoſuimus, notas numerorum. Deinde, adjunximus, omnium punctorum, ac Tandem, frequentiorum abbreviationum, characteres. Sed de his quoq́;, in ſequentibus plura.* 6.

DISCRIMEN; *omnium harum figurarum, reſpectu hujus linguæ, dari quidem, vix poteſt, Vllum. Reſpectu autem aliarum linguarum, tot erunt diſcrimina, quot linguæ.* 7.

NUMERUS; *neminem fugiet, qui ſummam omnium colligere voluerit.* 8.

DIVISIO; *dividuntur, hæ figuræ omnes, in quatuor Claſſes, ut Schema docet.* 9.

PERMUTATIO; *Licet hoc accidens, omnibus his Elementis ſimul, reſpectu hujus linguæ, vix conveniat, tamen reſpectu aliarum linguarum, ſeu potiùs, aliorum* ἰδιωμάτων, *conſiderari poſſet. Ita enim Perſæ, Armenii, Indi, aliæq́; nationes, & linguæ omnes, ex his figuris permutatis, ſuos, dici poſſent, conſtituiſſe characteres. Verùm, cum hoc, ut paulò ante diximus, prolixiorem requirat tractationẽ, in aliud rejiciemus tempus, & jam his principijs, ſeu rudimentis, tam longas diſputationes, ſtudioſo hujus linguæ, non intricabimus. Sufficiant ergò, hæc, pro conſideratione, omnium horum Elementorum ſimul, & nunc pergamus, ad conſiderationem aliquot illorum, conjunctim.* 10.

FIGURAE; *autem aliquot horum Elementorum, antiquis Arabibus jam olim in uſu fuerunt, ceu literarum & abbreviationum, aliquot verò, ut numerorum, & punctorum, recentiorum ſunt inventa. Priſci enim Arabes, antequam ſcriberent linguam ſuam, ore* 1. Aliquot figurarũ linguæ Arabicæ.

HOC Schema,ſtudioſus hujus linguæ, non aliter intueatur, ac Æneas Clypeum Vulcani dicitur conſideraſſe, à Poëtâ l. 8. Æneid. in fine, Et miretur, rerumq; ignarus, Imagine *interim* gaudeat, *donec modò ſequentia legerit, & Vſu hujus ſchematis, ſcribendo & legendo, artifex factus fuerit.* Obſervandum in hoc ſchemate.

I. *QVOD dum fit, facilè animadvertit, ex inſcriptionibus, hanc linguam, non more Græcorum, vel Latinorum, à ſiniſtrâ legentis, dextram verſùs, legi, ſed, more Hebræorum à dextrâ legentis, ad ſiniſtram.*

II. *INSVPER etiam, ejuſdem Alphabeti characteres, aliter in principio, aliter in medio, & aliter in fine, ſcribi, exceptis, (ut paulò poſt dicetur,) quæ cum ſequentibus, non ligantur, exemto Aliph. Iſti enim, eandem ubiq; retinent figuram.*

III. *NVMERORVM præterea, conſiderabit formas, punctorumq, non ſolùm figuras, ſed & diſtinctiones, ac officia.*

IV. *TANdem, abbreviaturas, Arabibus, maximè uſitatas, aſpiciet.*

COGNITA jam breviſſimè primâ hujus libri parte, Schemate nimirum, Elementorum linguæ Arabicæ, ſtudioſus hujus linguæ, meritò ad iſtius Schematis declarationem feſtinabit, hanc itidem paucis abſolvemus, fuſiorem ejus tractationem, controverſiarumq enodationem, in aliud rejicientes tempus. Primumq; *de omnibus, hujus Schematis, particulis, quaſi in genere, (ceu modò promiſimus,) præmittemus*; Deinde, *de quibuſdam, conjunctim*; Tandem, *de ſingulis ſeorſim, agemus.* Secunda hujus libri pars.

IN quatuor autem iſtis, Elementorum linguæ Arabicæ, claſſibus omnibus, ſequentia notanda veniunt, de quibus etiam, majoris evidentiæ ergò, ordine agemus. 1. Figura. 2. Nomen. 3. Origo. 4. Significatio. 5. Poteſtas. 6. Ordo. 7. Diſcrimen. 8. Numerus. 9. Diviſio. 10. Permutatio. *Hæc decem, horum Elementorum, accidentia, ſtudioſus, facilè per ſupputationem digitorum Vtriusq manus, memoriæ mandabit, & in his, ſecundam hujus libri partem integram, conſiſtere, re ipsâ experietur, conſiderando hæc, non ſolùm, in omnibus his figuris ſimul, ſed & in aliquot illorum conjunctim, ac tandem in ſingulis ſeorſim.* Nota.

1\. FIGURAM; *ita omnium, quòd attinet, jam ſupra diximus,* Omnium fi-

ros

bunt, پ *Mim literam,id eſt: XL. Deinde* ن *L.* س *LX.* ع *LXX.* ف *LXXX.* ص *XC.* ق *C.* ر *CC.* ش *CCC.* ت *CCCC.* ث *D.* خ *DC.* ذ *DCC.* ط *DCCC.* غ *DCCCC.* ش *M. vel* ∞. *ſecundum ordinē Alphabeti antiquū,de quo paulò poſt. Quāvis Romani in editione Arabicâ Euclidis,* ج *Gſim, ut ab* ح *Hba,* & خ *Cha, eò facilius diſtingui poſſit,in numeris inſtar ſeptenarij Germanorum, ita* 7 *pinxerint, reſectâ nimirum maximâ parte caudæ,* & ك *Kaph, ita* ∧ *quæ ſtudioſum, facilè dubium reddere poſſunt. Sacri, verò, codices manuſcripti, longè adhuc diverſum ab his, numeros conſignandi,modum tenent, ceu patet ex codice Cæſario Manuſcripto quatuor Evangeliſtarum. Videntur autem iſti Characteres, poſt aſcenſionem Salvatoris noſtri, Apoſtolorum quaſi proprij fuiſſe. Apparet enim,ex variis linguarum diverſarum Characteribus, congeſtos eſſe, ſcilicet,ex* Arabicis, Hebræis, Syriacis, Aethiopicis, Græcis, & Latinis. *Quos hîc ſtudioſis, uſq; ad tercentum communicamus,reliquos enim nondum invenimus. Nam extra ſacros codices, vix eos videre datur. Sunt autem hi: I.* [illegible] *II.* [illegible] *III.* [illegible] *IV.* [illegible] *V.* [illegible] *VI.* [illegible] *VII.* [illegible] *VIII.* [illegible] *IX.* [illegible] *X.* [illegible] *A denario, eadem ferè eſt ratio, quæ fuit præcedentis modi, apponunt enim denario, jam dictos numeros, dextram legentis verſùs, ſicuti ibi ſiniſtram verſùs,apponebantur, uſq; ad novem, hoc modo: XI.* [illegible] *XII.* [illegible] *XIII.* [illegible] *XIV.* [illegible] *XV.* [illegible] *XVI.* [illegible] *XVII.* [illegible] *XVIII.* [illegible] *XIX.* [illegible] *XX.* [illegible] *A* [illegible] *Jd eſt: viginti, iterum repetunt eoſdem numeros,ut in* [illegible] *Jd eſt:decem, monſtravimus, uſq; ad denarium,quem deinde ita exprimunt* [illegible] *XXX. eodem procedendo modo,ut in X.* & *XX. modò diximus,ubi viciſſim ad denarium ventum eſt, ſcribunt* [illegible] *Jd eſt: XL. Deinde* [illegible] *L.* [illegible] *LX.* [illegible] *LXX.* [illegible] *LXXX.* [illegible] *XC.* [illegible] *C.* [illegible] *CC.* [illegible] *CCC. reliquos, ceu jam diximus, nondum invenimus.*

Sacri numerorum Characteres Arabum.

Arabici numeri Apoſtolici.

FIGURAE *porrò,quarundam literarum, aut ſunt ſimiles aut diſſimiles:* Similes: 1. *ut,* ا *Aliph,* & ل *Lam.* 2. ب *Ba.* ت *Ta.* ث *Tſa.* ن *Nun.* ى *Ja finale.* 3. ج *Gſim.* ح *Hba.* خ *Cha.* 4. د *Dal.* ذ *Dſal.* 5. ر *Ra.* ز *Zain.* 6. س *Sin.* ش *Schin.* 7. ص *Shad.* ض *Dſhad.* 8. ط *Tha ſine ſibilo.* ظ *Thdſa.* 9. ع *Ain.* غ *Ghain.*

Literarum figuræ ſimiles.

غ *Ghain*. 10. ف *Pha*. ق *Caph*. و *Vau*. 11. ه *Ha* & ة *Ta*. *In his explicandis non immorabimur, quia quilibet per ſe videt, reliquas literas omnes, licet figurâ conveniant, punctis tamen eſſentialibus, diſtingui, excepto* ا *Aliph*, & ل *Lam, quæ non punctis, ſed quantitate differunt. Si enim* ا *deorſum paulò longius, versùs ſiniſtram incurvando, produxeris, efficies* ل *Lam. Sed hæc in ſingulari cujusvis*

Literarum figuræ diſſimiles. *literæ, tractatione, paulò poſt repetentur.* Diſsimiles *ſunt, reliquæ duæ,* ك *Kaph*, & م *Mim.*

HINC patet, figuras, ex quibus, variatis punctis, omnes Alphabeti Arabici, literæ, formantur, numero, ſaltem eſſe tredecim, ſcilicet 1. ا 2. ٮ 3. ح 4. ں 5. ر 6. س 7. ص 8. ط 9. ع 10. ڡ 11. ه 12. ك 13. م. *Neq; ſtrictè omninò, hæc accipienda ſunt. Nam figuræ, 4. & 7. &c. ex ſecundâ factæ, infrà dicentur, & aliæ ex aliis. Hîc autem in gratiam ſtudioſorum, rem non adeò exactè penſitamus, ſed manifeſtiùs in oculos incurrentes figurarum differentias, ſaltem notare voluimus.*

Numerorũ & Punctorũ figuræ ſimiles. NUMERORUM & punctorum *quædam figuræ, quoq; ſunt* ſimiles 1. ٢ *binarii* & ٦ *ſenarii*. 2. ٧ *ſeptenarii*, & ٨ *octonarii, ſed ab invicem poſitu ſaltem differunt, illi appendice, versùs dextram vel ſiniſtram adjecto, hi verò ſurſum, vel deorſum conjunctis lineolis*

Diſſimiles. *aſcendente & deſcendente. Reliquæ ſunt* diſsimiles. *Sic, puncta vocalia,* 1. *quartum & decimum.* 2. *ſextum & undecimum, ſunt etiam*

Puncta ſimilia. *ſimilia. Verùm otio abutentis eſſet, quod nobis vix conceditur, in his levibus immorari velle, cum hæc in ſingulari cujuslibet tractatione neceſſariò repetenda ſint, & quilibet, etiam ex Schemate, per ſe cognoſcere poſsit.*

INSUPER, aliquot hujus linguæ elementorũ, ſive Litera-

Literæ Arabicæ aliæ ſunt ligabiles, aliæ illigabiles. *rum Alphabeti figuræ, ligantur invicem, dum aliqua oratio ſcribitur, cum præcedentibus quidem omnes, cum conſequentibus autem, omnes reliquæ, exceptis his ſex,* ا د ذ ز ر و, *quæ tamen in manuſcriptis quibuſdam, interdum ornatus gratiâ, vel ex ductus licentiâ, aut vicinitate, ligantur cum ſequentibus. Numerorum verò figuræ, planè non, neq; invicem, neq; cum literis, neq; abbreviationibus, nec*

nec ante nec retrò ligantur, uti & puncta, excepto IX. & XIV. quæ aut ſuperponuntur, aut apponuntur, ſupra ا *Aliph ut plurimùm. Abbreviationes, cum præcedentibus ligantur quidem, priores quatuor omnes, cum ſequentibus verò, nunquam. Poſterior autem plerumq́, ab initio vocabuli ponitur.*

PORRO literarum Alphabeti figuræ, aliæ, cum ſcribuntur, à medio lineæ ſaltem deorſum *propendent, ut* ن ر ز ى ج ح خ *&c. aliæ,* ſurſum *versùs ſaltem ducuntur, ut* ا ط ك ب ت ث ن ى *aliæ* ſurſum & deorſum, *ut* س ص ش ض ع غ و ق ل م ه *&c. quam diviſionem, quilibet, ipſo uſu ſcribendi & legendi, facilè notabit.*

Literæ Arabicæ, in lineâ, quædã deorſum, propendẽt, quædam ſurſum ducuntur, quędam deorſum & ſurſum.

NEQVE placet, hîc diviſionem figurarum Alphabeti, quòd aliæ *in principio,* aliæ *in medio,* aliæ *in fine tantùm,* aliæ *in pluribus locis ſimul, eodem modo ſcribantur, applicare, vel fuſiùs perſequi, cum ex Schemate, cuilibet liquidò, hæc appareat.*

NEQVE illam, quâ quædam *literæ, nunquam,* quædam *ornatus gratiâ interdum, ad linearum complementum, plerumq́, propè finem, raro à principio, vel in medio, extenduntur.*

TANDEM, figurarum Alphabeti *aliquot, ſunt ſimplices, ut* و *Vau, aliquot duplices, ut* ا ـا *Aliph,* ر ـر *Ra,* ز ـز *Zain,* ة ت *Ta, & aliæ, quas in ſingulari tractatione, dupliciter ſcribi videbit ſtudioſus; aliquot, multiplices, ut* ك ـك ك ـك ـكـ كـ *Kaph,* [illegible] [illegible] *&c.* Numerorum, *extra combinationem, &* punctorum *figuræ, omnes ſunt ſimplices, exceptis finalibus.* Abbreviationum, *hac in parte, eadem, quæ literarum Alphabeti, eſt ratio. (ceu ex Schemate, & infra, cujuslibet, ſingulari, tractatione, patet.*

Literæ Arabicæ quædã ſunt ſimplices, quędam duplices.

AT puncta *exceptis eſſentialibus, pleraq́, virorum clariſſimorum opinione, recentiorum ſunt inventa. De quibus, etiamſi, hîc plura ſcribere poſſemus, tamen, lectorem, in præſentiâ non onerabimus, ſed differemus, uſq́ ad ſpecialem cujusq́ tractationem.*

Puncta recentiorum ſunt inventa.

NOMINA, *ſive appellationes, Schema præſcriptum docet, præterquam punctorum & numerorum, quæ, (ceu anteà diximus,) in ſingulari cujuslibet tractatione, & libro ſequenti, examinabuntur.* *(de re, jam diximus.*

ORIGO; *aliquot illarum notarum, eadem eſt, quæ omnium, quâ*

SIGNI-

4. SIGNIFICATIO; *de hac eadem, quæ de ſignificatione omnium, monuimus notanda, hæc autem clariùs, & fuſiùs, neceſſariò, in ſingulari cujusvis tractatione, declarabitur.*

5. POTESTAS; *de hac idem obſervetur, quod de ſignificatione jā diximus. Omnes autē, Arabici Alphabeti, Literæ ſunt conſonantes, de quarum poteſtate, placet, Capitulum ex Alphabeto Romano, Anno M. D. XCII. In Typographiâ Mediceâ, Romæ edito, hîc repetere, è pagina.* 10. 11. *&* 12. *deſumptum his verbis:*

Omnes literæ Arabicæ ſunt Conſonantes.

LINGUAE cujuſq; literarum poteſtas, ab earundem pronunciatione differre videtur, in hoc, quod hæc, ſeorſum linguæ tantummodo unius, ſuſcipiens elementa, quo ſingula formētur loco, quove, ut rectè pronuncientur, indigeant inſtrumento, & quem tandē edant ſonum, oſtendit: at illa, his inſuper, addit, eorundem cum linguæ alterius elementis collationem, & quæ linguæ unius elementa ſingula ſingulis alterius ſono pronunciationeque reſpondeant, oſtendit.

Differentia poteſtatis, & pronunciationis literarum.

NOTA. De primâ igitur, hoc unum tantùm hîc monendum, eſſe literas quaſdam apud Arabes, quibus linguæ alterius literæ nullæ, poteſtate reſpondere poſſunt. Ea enim eſt in Arabicâ linguâ, quibus literæ ejus formantur inſtrumentorum multitudo, ut in linguâ aliâ unâ, aut pluribus ſimul, eadem inveniri, impoſsibile ſit. Quocirca, Latinæ vel alterius, quæ nobis ſit familiaris linguæ, poteſtate, eæ ſeu valore, conferri minimè poterunt. In Alphabeto tamen è regione literis Arabicis ſingulis, Latinam unam aut plures ſono quodammodo reſpondentes collocavimus, aliquibus etiam Hebraicas, quippe quæ earum ſonum præ cæteris imitantur melius, appoſuimus. De alterâ autem dicendum, ſi è quibus ipſæ exeunt, ſeu in quibus formantur locorum & inſtrumentorum differentias afferamus, id erit totum, quod hîc opera noſtra lectori præſtari poterit, quibus rectè perſpectis & accuratè conſideratis, mox voces Arabicas perfectè pronunciandi, beneq; exprimendi cupidum Lectorem vivam Præceptoris vocem adire monemus, qua ſpreta nec Arabicè loqui, nec Arabicè loquentem hominem intelligere quemquam poſſe nobis, qui id experti ſumus credendum puto. Loca igitur in quibus formantur, ſeu è quibus formatæ exeunt literæ Arabicę ſunt quatuordecim, quæ ab infimâ gutturis parte inchoando, & ad extrema uſq; labia deveniendo ita diſponuntur.

NOTA.

LITERAE ح ه ع ا cum motionibus ſuis omnibus, id eſt, vocalibus, de quibus dicetur inferiùs, in profunda gutturis parte & laryngeformantur. Literæ gutturales.

ح ع In principio gutturis cum ejus partis, quæ è regione ſupra ipſum eſt adminiculo.

ق In trunco linguæ & ea gutturis parte, quæ ſupra ipſum eſt concurrente. Uvales.

ك In loco, qui proximus eſt trunco linguę & parte gutturis ea, quæ ſuperiùs contra illud eſt cooperante.

ي ش ج In medio linguæ & ea gutturis parte, quæ contra illam deſuper eſt.

ل In lateribus linguæ & dentium lateralium truncis & anterioribus inſuper dentibus, qui linguæ oppoſiti ſunt. Dentium.

ن In extremitate linguæ, & dentium anteriorum truncis.

ر In extremitate linguæ & parte ea, quæ eſt parum infra truncos dentium anteriorum. Linguæ.

طدت In pulſu dorſi linguæ, & truncis dentium anteriorum.

زظضسص in extremitate linguæ inter ſuperiores & inferiores dentes anteriores, & cum ſibilantis ſpiritus emiſsione.

ثذ In extremitate linguæ, inter ſuperiores & inferiores dentes anteriores, abſq; tamen flatus emiſsione.

ف In interiore parte labii inferioris & capitibus dentium anteriorum. Labiorum.

مب In contactu duorum labiorum.

و In circuitu labiorum cum eorundem elevatione. Ex hac autem diviſione patet literas gutturales eſſe ſex.

E QVORVM verborum contextu, quilibet ſtudioſus, facilè, prærogativam hujus linguæ, præ omnibus aliis, quæ ſub cœlo in uſu ſunt, linguis animadvertit. Prærogativa hujus linguæ.

BENE namq; dicitur, lingua Arabica, quaſdam habere literas, quibus linguæ alterius, literæ nullæ, poteſtate reſpondere, neq; per alterius unius, vel plurium ſimul, (addo & ego, omnium reliquarum linguarum) literis, verè exprimi, aut cum illarū poteſtate ſeu valore, conferri poſſunt. Neq; apud nos, quicquam ponderis habet, docta, cujuſdam viri Clariſsimi, linguæ ſanctæ defenſio, dum Defenſio linguæ ſanctæ, viri cujuſdam clariſſimi.

Digitized by Google

ſio, dum ſex hujus linguæ Arabicæ literas, quibus illam, carere animadvertit, dicit eſſe Raphatas.

HOC enim is, ſi Præceptorem Arabicæ linguæ, vivâ voce ſe docentem, habuiſſet, procul dubio non ſcripſiſſet. Ita namq; hæ literæ, non accentu ſolùm, qualis Rapha Hebræorum eſt, ſed totâ Eſſentiâ differunt, ut maximæ, ex hac poſitione, ſi acceptaretur, in linguâ Arabicâ, orirentur, confuſiones. Diviſio enim, de quâ paulò pòſt agemus, de radicalibus, & ſervientibus literis, cujus diviſionis vigor, quaſi anima eſt hujus linguæ, miris modis labefactaretur. Quia autem, jam ſupra, prolixiores diſputationes, in alíud tempus, aliumq; in locum, rejecimus, ejus promiſſi memores, nunc de his, plura non addemus, ſed ſtudioſis hujus linguæ, notum ſaltem facimus, nos in Schemate ſuperiori, figuris primæ Claſſis, ſeu Alphabeti, è regione ſingulis Arabicis literis, Latinam unam, aut plures, ſono quodammodo reſpondentes, appoſuiſſe, nullis autem Hebraicas, ut in Romano modò dicto Alphabeto in paucis factum eſt, licet quarundam ſonum illæ præ latinis imitentur meliùs.

Anima quaſi, linguæ Arabicæ quid.

Nota.

NOS enim, etiam illis, qui, nec א *Aleph, Hebræorum norant, modò Latinam calleant linguam, hæc ſcripſimus.*

Quibus hæc ſcripta ſint.

SPERAMVS verò, cujus rei, Guilielmus Poſtellus, in tabulis duodecim linguarum, non ignobile, edidit ſpecimen, vel nos, ſuo tempore, vel alios, nobis doctiores viros, non ſolùm Arabicæ *&* Hebreæ, *ſed &* Syriacæ *ſive* Chaldeæ, Aethiopicæ, Indicæ, Turcicæ, Perſicæ, *aliarumq; plurium linguarum Europæarum, collationem, ſcripturos.*

TANDEM, in antea citato Capitulo, rectè monentur ſtudioſi, ne putent, per illam differentiarum locorum, & inſtrumentorum è quibus exeunt, ſeu in quibus formantur, literæ Arabicæ, deſcriptionem, ſe totam perfectè pronuntiandi, beneq; exprimendi, voces Arabicas, probè callere rationem, cùm fieri non poſſit, ut aliquis αὐτοδίδακτος, *eam integrè aſſequatur, cùm à nobis, qui tamen à pueritiâ quaſi, (ceu in præfatione breviter meminimus,) peregrinarum, earumq; non facilis pronunciationis, qualem eſſe linguam Polonicam omnes, qui*

Difficultas veræ pronunciationis Arabicæ.

Digitized by Google

qui ipſam verè callent, fateri coguntur, linguarum aſſueti fuimus, ſola litera غ *Ghain, etiamſi indies, per integrum menſem, nos, in eâ, rectè pronuntiandâ, Præceptor noſter, ſæpiùs dictus, exercuerit, verè, & exactè pronunciari non potuerit. Ideoq; rectè monetur quivis, qui vel Arabicè loqui, vel Arabicè loquentem intelligere cupit, ut vivam Præceptoris vocem, adeat, quod & nos fideliter, omnes monitos volumus. Quia verò, hoc, nobis vix unquam propoſitum fuit, ſed ut Authores Medicos Arabes, Scriptoresq; & libros alios utiles, ac neceſſarios, Europæ noſtræ reſtitueremus, vel de novo communicaremus, Ideò, in ſuperſtitiosâ Arabum pronunciatione, de quâ, & paulò infrà dicetur, nos diutiùs macerare noluimus, ſed unicuiq; ſufficere arbitramur, ſi veras literarum diverſitates, animo cognoverit, etſi ſono, exquiſitè illas exprimere non poſſit. Nos tamen pro tenuitate noſtrâ, quantum fieri poterit, iis qui à nobis hoc deſiderabunt, fideliter, communicare, non gravabimur.* Finis primarius hujus linguæ.

DE numero locorum, in quibus formantur, ſeu è quibus formatæ exeunt literæ Arabicæ, diverſi, diverſa ſentiunt. Quidam *enim, ut, prædicti Romani, quatuordecim eſſe ſtatuunt,* Quidam *quindecim,* Quidam *ſedecim,* Alii *verò adhuc plura. Quâ de re, cum parvi ſit momenti, exiguæq;, vel planè nullius utilitatis, plura dicere nolumus. Hoc ſolùm addentes, quod* ن *Nun lenem, aliqui pronunciari volunt, naſi concavitate, quod tamen, minùs conveniens eſſe videtur, cum naſus, non orationis perficiendæ gratiâ, homini, divinitùs, conceſſus ſit. Tamen in re tam levi, cum nemine litigabimus, ſed quilibet ſuo abundet ſenſu.* Quot loci ſint, in quibus formátur, ſeu è quibus formatæ exeunt literæ Arabicæ. Nun litera, an naſi concavitate, pronuncietur.

ORDO; *hic apud Arabes antiquos, in aliquot ex iſtis, videlicet in literarum Alphabeti, figuris, planè fuit alius, quem etiam Hebræi, retinent, exceptis ſex ultimis, quibus ipſi carent, ceu ex ſecundo libro Canonis Avicennæ, qui totus ſecundum ordinem Alphabeti Arabici, conſcriptus eſt, ſtudioſis patet, quem ordinem legitimum eſſe, hæc artis vocabula, comprobant, quibus totum Alphabetum eodem ordine continetur, quæ vocabula nobis,* Paulus *ille Turca, (cujus doctam ſatis introductionem in linguam* 6. Secundi libri Canonis Avicennæ, ordo. Paulus Turca.

linguam Arabicam, vir Clariſsimus, Dominus D. Bartholomæus Radman P. P. in Academiâ Francofurtanâ, *doctiſsimè ante annos aliquot communicavit,) depravatè nobis tradidit, quod tamen homini, aliàs non admodum literato, & qui tot annis in captivitate ſuâ, hæc non ruminarat, facilè condonari poteſt, adjectis aliis pluribus, quibus dicit uti Arabes, Perſas, & Turcas, ut legitimam harum figurarum connexionem, (de quâ paulò ante diximus,) pueris oſtendant, & lectionem eorum juvent. Quãtum autem is aberraverit, quilibet ex collatione videre poterit. Sũt itaq; iſta vocabula hæc,*

Ordo literarum Alphabeti Arabici antiquus.

ابجد هوز حطي كلمن صعفض قرست ثخذ ظغش

quæ, exquiſitè, Avicennæ, Alphabeti Arabici, ordinem, retinent, & noſtro more latinis literis ita legi poſſunt: Abgedin huvezin Hhathijun Kelemune, ſhaifedſh carſitu cechedſe Thdſaghaſchi. De his vocabulis, hîc plura non addemus, ſed fortè, alibi à nobis examinabuntur.

PETRUS de Alcala, *Author artis illius, cujus ſuprà mentionem fecimus, Granatæ in Hiſpaniâ, Anno Chriſti* 1505. *editæ, alium adhuc habet literarum Alphabeti ordinem. Quem tamen, ut pleraq; illius, parvi facimus, cum nullibi, quod & fatetur, cum doctis ſentiat, ideoq; plebeis eum relinquentes, jam plura non addimus.*

Ordo numerorum.

NUMERORUM ordinem, ipſa natura, dictat. Minor enim ſemper præcedit majorem, ſimplex duplicem, quæ ratio etiam in punctis, & abbreviaturis locum habere poteſt, cùm autem in his nihil, quod alicujus momenti eſſet, ſitum videatur, prout nobis in calamum venerunt, hæc locavimus.

7. DISCRIMEN; *aliquot horum Elementorum figuris, eſt manifeſtiſsimum, planè enim* aliæ *ſunt figuræ, literarum,* aliæ *numerorum,* aliæ *punctorum,* aliæ *deniq; abbreviationum, ceu cuilibet Schema adſpicienti apparet. De alio autem diſcrimine, aliquot, cujusvis Claſsis, figurarum, etiam quædam paulò ante diximus, ubi de ſimilitudine vel diſsimilitudine illarum, egimus, necnon plura inferiùs, in cujuslibet figuræ tractatione dicentur.*

8. NUMERUS; *hîc in conſideratione aliquot figurarum hujus Schema-*

Schematis variè, accipi poteſt. Primò, *de figuris cujusvis Claſſis intelligendo, & Ita, Literarum Alphabeti, figuræ, omnibus doctis hujus linguæ, ſunt* 28. *non verò, ut malè, quidam primam, noſtrarum abbreviationum, ante ultimam Alphabeti literam, inſerentes, eam putarunt eſſe, vigeſimam nonam, cum abbreviatio ſit, vigeſimæ tertiæ, & primæ figurarũ Alphabeti, ut & infrà dicetur. De numerorũ figuris, quarũ præter punctũ, tantũ decẽ dãtur, nullũ eſt dubiũ. Punctorũ, totidẽ numero propoſuimus, quot literarum. Abbreviationũ, ſaltem quinq; quas frequentiores eſſe animadvertim⁹.*

DEINDE; *de diverſis, ſub eadem claſſe, ut liquido in claſſe punctorum patet. Tria enim ſunt Eſſentialia. Octo vocalia. Duodecim Servilia. Finalia incerta.*

TANDEM; *pro diversâ literarum, numerorum, punctorum, Abbreviationumq; diviſione, diverſimodè etiam numerus, conſiderari poteſt. Eſſet itaq; oleum operamq; perdentis hominis, in his moras nectere. Cùm hæc, vel admodum exiguæ, vel planè nullius, videantur eſſe utilitatis.*

DIVISIO; *Latiſſimum hîc, cujuſvis claſſis, ſive aliquot harum figurarum, ingredimur diviſionis campum; Hicq; ſolus locus, peculiarem requireret tractatũ, ſi vel ſolius primæ Claſſis, id eſt, Literarum Alphabeti, cunctas, hoc in loco, enumerare vellemus, diviſiones. Verùm, cùm nunc Orthographiam, & Proſodiam ſolam tradere conſtituerimus, magnum committeremus erratum, ſi huc, insereremus, quæ Etymologiæ, & Syntaxeos, ſunt propria. Hoc ut effugiamus delictum, Eas, quæ hujus loci eſſe, videntur diviſiones, (figurarum,) cujusq; claſſis, ſcilicet proprias, ſtudioſis communicabimus.* 94.

LITERARUM itaq; figuras omnes, eſſe conſonantium, non verò ut apud Græcos, Latinos, vel Germanos, conſonantium & vocalium, jam cum de Poteſtate, aliquot harum figurarum ageremus, monuimus.

DE primâ igitur, literarum Alphabeti diviſione, quæ deſumitur à locis, è quib. egrediuntur, ſive ab Inſtrumentis, per quæ formãtur, (quæ paulò ante recenſuimus) audiamus viciſſim, Alphabetum Romanũ, illud pag. 13. *literas Alphabeti Arabici dividit, hoc modo, ut* Prima literarum diviſio.

Aliæ ſunt gutturales. ut earum aliæ dicantur: حلقيّة Hhalqiiatun, Id eſt: gutturales, quòd in eis formandis plus cæteris inſtrumentis guttur laboret, & illæ ſunt ſex, ا ه ع ح غ خ.

ALIAE لهويّة Lehuiietun, Id eſt: propter eandem rationem Aliæ uvales. uvales, in ea enim parte præcipuè formantur, quam medici appellant لهاة Id eſt: uvam, & ſunt, ق ك.

Aliæ Palatinæ. ALIAE شجريّة ſchegriietun, Id eſt: palatinæ, ita enim appellari poſſunt شجرة namq;, ea eſt palati pars, quæ continua eſt, dentibus, in qua literæ iſtæ, formantur, ض ش ج.

Aliæ ſibilantes. ALIAE أسليّة asliietun, Id eſt: ſibilantes, quod dum pronuntiantur, ſibilare quodammodo, audiantur, & ſunt ص س ز.

Aliæ balbutientes. ALIAE نطعيّة nathaiietun, Id eſt: balbutientes, qui enim balbutiunt, in harum literarum ſono verba omnia confundunt, quæ ſunt ط د ت.

Aliæ Gingivales. ALIAE لثويّة licviietun, Id eſt: gingivales, quod gingivæ quoq; interiores, in eis pronuntiandis, concurrant, & ſunt ظ ذ ث.

Aliæ flexæ. ALIAE ذلقيّة dſalqiietun, Id eſt: flexæ, quia dum pronuntiantur, linguä, tangens truncos dentium, flectitur, & ſunt ر ل ن.

Aliæ labiales. ALIAE شفهيّة ſchephehiietun, Id eſt: labiales, & ſunt م ف ب.

Aliæ molles. ALIAE لينيّة liniietun, Id eſt: molles و ي.

AD ultimam hanc diviſionem, neceſſariò additur, quòd hæ duæ Lenes ſive lenitatis. *literæ, varia ſortiantur nomina. Nam non ſolùm* molles, *vel* lenes, *ſive* lenitatis, *dicuntur literæ, ſed ipſum etiam* ا *Aliph, ſibi aſſociant, & vocantur literæ* مدّة *Meddetun, Id eſt:* productionis, *vel* protractionis, *quòd hæ ſolæ, virgulâ Meddu, de quâ infrà dicetur, afficiantur. Ob diverſas verò rationes, ſic nominantur.*

NAM, cùm quieſcunt, (quod naturaliter fit, poſt tres primarias vocales, a. i. u.) dicuntur molles, *vel* lenes, *ſive præcedens motio fuerit homogenea, ſive non. Quid verò, ſit motio homogenea, paulò*

paulò poſt dicetur. Productionis *autem, vel* protractionis, *dicentur, cùm motio tantùm fuerit homogenea.* Et quandò productionis vel protractionis.

SED non poterit, omnis litera lenitatis, *eſſe quoq́, litera* protractionis, *hæ verò omnes, poſſunt eſſe* lenitatis. *Vnde* ا *Aliph, ſemper eſt litera* protractionis, و *Vau autem, &* ي *Ia, modò ſunt* lenitatis, *modò* protractionis, *modò neutrum, ut, cùm ſunt radicales.*

PORRO, quòd hæ tres literæ, dicantur etiam languidæ, *ſive* debiles, *aut* liqueſcentes, *in libro ſecundo, hujus operis, patebit, cùm de deficientibus, & Imperfectis verbis agetur.* Literæ languidæ ſive debiles, ſeu liqueſcetes.

TANDEM, notetur quoq́, has quatuor literas, ص ض ط ظ, *etiam à quibuſdam, vocari literas* adhæſionis, *quòd in harum pronunciatione, lingua, duob⁹ in locis veluti adhæreat, in ſuperioris palati latere, & vox quaſi intercludatur, inter linguam & palatum.* Literæ adhæſionis.

SED pergamus, (omiſſis hujuſmodi diviſionibus aliis, ut, quòd, aliquibus, harum literarum. 17. dicuntur eſſe breves, *aliæ* longæ, *aliisq́ ſimilibus, quæ huic loco minùs conveniunt,) ad alias magis neceſſarias diviſiones, inter quas, ad rectè legendum & ſcribendum, unicè requiritur noſſe, alias Conſonantes Arabibus dici* شمسي *Schemſiiun, Id eſt:* Solares, *quas Alphabetum Romanū, ita enumerat:* ت ث د ن ر ز س ش ص ض ط ظ *eas nos, memoriæ ergò, per hanc vocem,* تذرسضطن *Tedereſeſbathin notavimus. Subintelligentes etiam illas, quæ cuilibet literæ hujus vocabuli, figurâ conveniunt, ſed punctis ſupra poſitis ſaltem differunt, ut:* ث ن ز ش ض ظ, *excepto* ب *Ba. Hæc enim, etiamſi, cum primâ quoad figuram conveniat, quia autem puncto, ab infra appoſito, diſtinguitur, ideoq́ hîc non poteſt ſubintelligi.* Secunda literarum diviſio. Literę Solares.

DE ultimâ verò literâ, ſcilicet ن, *diſſentiunt quidam, cum quibus & noſter Præceptor Arabicæ linguæ conveniebat, ajuntq́, eam eſſe Lunarem. Quam controverſiam, ſuo tempore, ſi DEO placuerit, cum aliis pluribus dirimemus.* Litera Nun an ſit Solaris vel Lunaris.

RELIQVÆ, primæ Claſſis figuræ, his exceptis, dicuntur قمري *Kamerriiun, Id eſt:* Lunares, *Sūtq́ hæ:* ا ب ج ح خ ع غ ف ق ك ل م و ه ي. *E quibus tamen quidam, non malè, dicunt* ل *etiam pati* الادغام *Id eſt: Inditionē quâ de re quoq́ infrà dicetur in puncto decimotertio.* Literæ Lunares. Lam litera patitur inditionem.

decimotertio. Quam ob cauſam, etiã hanc literam Solarẽ, eſſe ajunt.

Dicitur verò hæc litera ل *Lam* أَلتَّابِعُ لِلْأَلِفْ ۞ هُوَ عِنْدَ ٱلْأَعْرَابِ فِي وَقْتٍ ظَاهِرٌ ۞ وَفِي وَقْتٍ مُدْغَمٌ ۞ *Attabiaau Lilaliph. huve aindalaarabi phi vectin thdſaherun. vephi vectin medghuumun. Id eſt: ſequens ſive obediens Aliph, hoc eſt apud Arabes in horâ, (vel nunc,) manifeſtâ, & in horâ (vel nunc) infarctâ ſive inditâ.*

Lam litera quando dicatur manifeſta. Et quando indita ſive infarcta.

Et quia ظَاهِرٌ *Thdſaherun, Id eſt: manifeſta dicitur, cum ſequuntur eam literæ lunares, ideoq; hoc nomine Arabibus hæ literæ, etiam nominãtur. Et contra, quia* مُدْغَمٌ *Medghuumun, Id eſt: Indita, ſive infarcta dicitur, dum eam ſequuntur literæ Solares. Ideoq; & hoc nomine, hæ literæ appellãtur. Hac diviſione, non probè obſervatâ, nec rectè Arabicè ſcribet, nec Arabica ſcripta rectè leget, quiſquã.*

Nota.

Tertia literarum diviſio. Literæ radicales, ſive Truncales.

RESTAT, unica adhuc ſummè neceſſaria, literarum Alphabeti Arabici diviſio, cujus vigorem, ſupra veluti animam hujus linguæ diximus. Eſt autem illa, quòd aliæ literarum Arabicarum dicantur, Radicales, *ſive* Truncales, *quòd perpetuò, de ejus dictionis, in quâ inveniuntur, eſſentiâ ſint, & in eâ, præterea, nihil aliud agant. Harum in Alphabeto Romano numerantur. 15.* ث ج ح خ ذ ر ز ش ص ض ط ظ ع غ ق. *De* ش *Schin, Paulus anteà dictus, aliter ſentit, dicitq; eſſe ſervilem, & præter hanc, ſaltem numerat. 14.* د *Dal verò, dicit etiam eſſe Radicalem,* ق *Caph autem, fortè, oblivione, planè omiſit, neq; radicalem, neq; Servilem, eam faciens.*

Literæ ſerviles, ſive ſervientes.

Aliæ; Serviles, *ſive* Servientes, quæ licet quidem, & ipſæ, radicales eſſe poſsint, tamen ſemper tales non ſunt, ſed ſæpè ſerviunt ad præpoſitiones, Adverbia, Pronomina, Articulos, Genera, Numeros, (*ſecundum Romanos, etiam* caſus,) perſonas, relationes, tempora, varias etiam Conjugationum ſignificationes, & alia, dictionibus, accidentia ſimilia, oſtendenda. *Hujuſmodi ſunt, reliquæ omnes, Alphabeti literæ, nimirũ,* ا ب ت د س ف ك ل م ن ه و ي, *Quamvis pro* ت *Ta, certis in caſibus,* ط *Tha radicalis, fiat ſerviens, ceu paulò pòſt in permutatione, & in ſecundo etiam hujus operis libro, dicetur.*

A L I A E, *harum literarum, diviſiones, ſervientiumq; officia, inſe-*

in ſequentibus hujus operis, libris duobus, tractabuntur. Illic enim loci, non verò hîc rectè de iis agitur.

ISTA itaq; breviter ſufficiant, de diviſionibus, aliquot harum figurarum, primæ nimirum Claſſis, ſive literarum Alphabeti.

NVNC tempeſtivum erit, ad reliquarum etiam Claſſium, figuras devenire.

SECVNDÆ ergò Claſſis, ſive Numerorum figuræ, dividuntur in ſimplices, & compoſitas.

SIMPLICES *ſunt.* 10. . *punctum, quod æquivalet Cyphræ Germanorum, ſive Latinorum recentium, per ſe enim nihil valet. Vnde & elemẽtum non ſignificativum, quibuſdam dicitur, ſed alijs, additum, idem præſtat, quod illa, apud Germanos, reliquæ novem, ſunt ſignificativæ.* Numerorũ figuræ ſimplices.

CÆTERÆ omnes, numerorum Figuræ, ſunt Compoſitæ, *ut* 1. *decem.* 1 . . *Centum.* 1 . . . *Mille, &c. Quæ itidem ſubdividi poſſunt, vel ex duabus, vel tribus vel pluribus elementis conſtantes. Fuſior de his tractatio, ad Arithmeticos, non huc, pertinet.* Numerorũ figuræ compoſitæ.

QVARE, ad figurarum tertiæ Claſſis, ſive punctorum diviſiones, accedimus. Illæ autem, ceu patet in Schemate, ſunt quadruplices, Punctorum *videlicet* Eſſentialium, Vocalium, Servilium, & Finalium. *Suntq; harum diviſionum, cujuſvis (exceptis ſervilibus, quæ omnes ſunt ſimplices,)* aliæ *figuræ ſimplices,* aliæ *cõpoſitæ. Simplex* eſſentialium *unica eſt, prima. Ex hac, compoſitæ reliquæ duæ.* Vocalium, *ſimplices ſunt, Quarta, Quinta, Octava, Nona, & Decima. Compoſitæ, reliquæ, Sexta, Septima, & Vndecima.* Finalium, *ſimplices ſunt, Decimaoctava, Decimanona, Vigeſima, Vigeſimaprima, Vigeſimaſeptima. Reliquæ compoſitæ, ut Decimaſeptima, vigeſimaſecunda, vigeſimatertia, vigeſimaquarta, vigeſimaquinta, vigeſimaſexta, vigeſimaoctava, & aliæ plures, quas ſibi, pro libitu, fingere poteſt, quilibet.* Punctorum figuræ. Prima diviſio punctorum.

DIVIDVNTVR, hujus Claſſis figuræ, etiam ratione formæ, aliter enim formantur eſſentialia, *aliter* Servilia, *& aliter* finalia, *quod è Schemate, luculentiſſimè patet.* Secunda diviſio punctorum.

INSVPER, etiam ratione ſitus, dividuntur; quædam *enim, ſupra figuras literarum ponuntur,* quædam *infra,* quædam *ad latus, ut hamzetu, & finalia.* Tertia diviſio punctorum.

TANDEM, ratione poteſtatis, etiam dividi poſſunt. Quædam Quarta diviſio punctorum.

dam enim, figuras conſonantium abſolvunt, ut eſſentialia, quædam conſonantem ſolam, quædam vocalem ſolam, quædam vocalem & conſonantem ſimul, deſignant.

QVÆ omnia clariſſimè explicabuntur, paulò poſt, in ſingulari cujuſvis figuræ, tractatione.

QVARTÆ Claſſis figuræ, omnes ſunt ex duabus literis compoſitæ, veluti in Schemate, jam liquet, & in modò dictâ ſingulari tractatione, à nobis denuò monſtrabitur.

10. PERMUTATIO; *de hoc accidente, quãvis à nemine, neq; ſcriptis, neq; vivâ voce acceperimus quicquã, tamèn ſummè neceſſariam eſſe, hanc tractationem experientur, ſtudioſi hujus linguæ. Eſt autem, fateor, res valde difficilis, requireretq; hominem exercitatiſſimum, abſolutiſſimeq; hujus linguæ doctum, qui perfectam ejus tradere vellet doctrinam. Sed nos, qui Rudimenta, ſive principia hujus linguæ ſtruimus, ſimul & ſemel, ultimam perfectionem, attingere non poſſumus. Tantum itaq; fideliter communicabimus, quantum nobis nunc memoria ſuppeditaverit.*

Quæ literæ mutentur in puncta.

PERMVTANTVR itaq; aliquot harũ figur am unius claſſis, in aliam. Vt exempli gratiâ, in novem illis literarum Alphabeti, patet, figuris, 9. ة 8. ى 7. ع 6. ط 5. ض 4. س 3. ر 2. ن 1. ح *quæ omnes, ſaltem in minori quantitate effictæ, fiunt puncta ſervilia, Imò ultima, ſæpè fit finale. Ita punctum, quod in ſecundâ Claſſe, in decimâ figurâ numerorum, habetur, eſt etiam primum punctorum eſſentialium, ex eoq; geminato, vel triplicato, fiunt reliqua duo puncta, eſſentialia, Idemq; ad varias, finalium, figuras, aſſumitur. Sic ſeptenarii figura, inſervit.* 15. *puncto ſervili. Et punctum.* 12. *ſervile, etiam fit finale. Sic, ex primæ Claſſis figuris, omnes, quartæ Claſſis, figuræ tranſumtæ ſunt.*

VERVM in his, pluribus, lectorem detinere nolumus, ſed ad ſingularem, ſeorſim cujuſvis, harum figurarum explicationem, accedemus. Quâ abſolutâ, & paucis, de ſecundâ Grãmatices parte, Proſodiâ *videlicet, dictis, ad exercitium, lectionis Arabicæ, deveniemus, huicq; libro, Colophonem imponemus.*

DE unâquâq; itaq;, cujuſvis Schematis ſupra poſiti, figurâ, dicturi, lectorem, priùs monitum volumus, nos de ſecundâ figurarum

Digitized by Google

rum claſſe, non ſeorſim acturos, cùm propriè illa tractatio, ad Arithmeticam pertineat, quæ verò, de numeris hujus loci ſunt, ſtudioſus ex Schemate et jam dictis, ſatis didicit opinor, ſi tamen adhuc deeſſe quædam videbimus, illa poſt explicationem figurarum primæ Claſſis, breviter ſubjiciemus. De ſecunda figurarum Claſſe ubi ſit agendū.

IN cujusvis Elementi, linguæ Arabicæ explicatione, inſtar ſtatuæ Mercurii, nobis erunt, Numeri Latini, primæ, tertiæ, & quartæ Claſſi lævam, legentis versùs, appoſiti. Dum itaq; ſtudioſus, hujus linguæ, alicujus, iſtius Schematis, figuræ, declarationem deſiderat, reſpiciet, ad numerum, huic figuræ appoſitum, eumq; in ſequentibus, inquirat. Verbi gratiâ, ſi literam ك Kaph, videat, & deſideret hujus literæ tractationem, obſervet numerum, qui eſt, XXII. huncq; in margine ſequentium, primæ Claſſis, tractationum, inveſtiget, Ibiq; breviter, ac clarè decem ſupra dicta accidentia hujus figuræ, examinata reperiet. Idem eſto de tertiæ & quartæ Claſſis, figuris, judicium. De primâ igitur Claſſe, ordine agemus. Numeri Latini in Schemate appoſiti quem uſum habeant.

I.

HVIVS primum Elementum, eſt ا *Aliph, cujus* Figura, *conſtat lineâ erectâ, ab inferiori parte lævam versùs paululùm inflexâ, attenuando productâ, à ſuperiori verò non procul ab apice, dextram versùs, punctum habens annexum, quæ duo tamen, amanuenſes vulgares, non obſervant, communiter, ſed nudâ lineâ erectâ ſunt contenti, inflexione illâ ab inferirori parte, & puncto, propè apicem, neglecto.* I. Litera Aliph.

DVPLICI autem, pingitur, hæc figura modo, ceu ex Schemate patet, aliter nimirum in principio dictionis, aliter in medio & fine. Vbi maximè notandum, eam non ſolùm punctum, propè apicem amittere, ſed & inflexionem illam, lævam versùs, attenuando ductam, his duobus in locis, mutare, dextrorſum, & incraſſando emittere, literam præcedentem, versùs, ſi illa ſit ligabilis, ـا*. Hoc enim ſi abſit, etiam in medio & fine, eo modo, quo in principio, pingitur.*

HVIVS autem elementi figura prima, planè convenit cum figurâ, ل *Lam, in principio ſcriptâ, ſolo eo differunt, quod* ا *Aliph, cum ſequentibus, non ligatur, ſed* ل *Lam, ſemper ſit ligabilis. A* ل *Lam verò, literâ finali, longitudine, & caudæ magnitudine, ſiniſtram versùs in altum ductæ, diſcernitur.*

NOMEN;

2\. NOMEN; *hujus Elementi, eſt* أَلِفٌ *Aliph, vel cum articulo,* الالف *Alaliph, Nomine, cum primâ literâ Alphabeti, multis linguis, communi. Romani, quomodo nominent, in ipſorum Alphabeto, qui voluerit, videre poteſt. Non enim hîc placet illa repetere.*

3\. ORIGO; *figuræ eſt, ex lineâ rectâ, & puncto, ut paulò anteà diximus. Nominis autem, à radice* الف *Id eſt: copulavit, conjunxit, quòd, ex copulandâ hac literâ, conjunctis aliis pluribus, Alphabetum, imò omnis oratio conſtet. Ex eâdem, enim, radice, dicitur quoq;* تَالِيفٌ *taliphun, &* تَالِيفَةٌ *taliphetun, Syntaxis, compoſitio, conjunctio, Imò inde, etiam Millenarius numerus, vocatur* أَلْفٌ *, quòd ex multis numeris conjunctis, exurgat.*

4\. SIGNIFICATIO; *itaq; ejus eſt, conjuncti ſive conjungendi, aut ſi malis, numeri conjuncti, vel millenarii. Quamvis ſtudioſos monitos volo, ne has nôminum literarum Alphabeti ſignificationes, ab Arabibus nos accepiſſe putent, ſed, noſtras eſſe opiniones, ſciant. Ideoq; liberum de his, unicuiq; ſit judicium.*

Unde ſint deſumtæ hę literarum Arabicarũ ſignificationes.

5\. POTESTAS; *cujusvis literæ Alphabeti Arabici, talis eſt, qualis prima, in prolatione nominis ejus eſt conſonans, vel vocalis. De primâ tamen hac literâ, notent ſtudioſi, eam plerumq; quidem valere A, idq; nunc clarum, nunc cum e commixtum, pro ut motiones, fuerint additæ, ideoq; non rarò cum Keſru, valet vocalem i, cum leni a, commixtum, interdum, rariùs tamẽ, cum Dshanmu, au, u, non claro, ſed cum o commixto, quaſi aou, uno tamen ſono prolatis his tribus vocalibus.* O enim clarum, Arabes, planè non habent, ut rectè monuit Paulus Turca, *& è ſequentibus, etiam fiet manifeſtum.*

O, clarum Arabes non habent.

EST præterea, hæc litera, prima quieſcentium. De cujus duplici quiete infrà agemus in elemento XII. Tertiæ Claſsis, ſive in primo puncto ſervili.

Prima litera quieſcens.

6\. ORDO; *apud omnes, unanimi conſenſu, hæc litera eſt prima Alphabeti Arabici.*

7\. DISCRIMEN; *hujus &* ل *Lam, ſæpiùs jam dictum eſt, in principio tamen, ſine negotio diſcernuntur, quòd* ل *Lam, ſemper ligetur cum ſequentibus,* ا *Aliph verò, nunquam. A reliquis literis* D

literis ا *Aliph, facilè, nomine, & totâ ſuâ figurâ diſcernitur.*

DISCRIMINA verò alia literarum, quæ vix, niſi vivâ voce, tradi poſſunt, hîc non expectet ſtudioſus, cum ſcribi haud queant. Verbi gratiâ, quod ſit diſcrimen inter ت *Ta, &* ط *Tha, Item* ح *Hha &* ه *Ha,* ق *Caph &* ك *Kaph, &c. nos, per adjectas literas Latinas, conati ſumus innuere, eſſe diſcrimen, &, reverâ, eſt ſatis magnum; Quo non obſervato, tota lingua facilè confundetur. Hoc tamen, (ea eſt hujus linguæ prærogativa,) ſcriptis exprimi non poteſt, ſed vivâ voce, ut tradatur, & ingenio, ac judicio non hebeti inquiratur, comprehendaturq́ neceſſe eſt.*

Diſcriminis literarũ Arabicarum difficultas.

NUMERUS; *in ſingulis Schematis hujus figuris, conſiderari vix poteſt, cum ſingulorum, non ſit numerus, niſi quis, ratione numeri adjecti, velit hanc eſſe unitatis, vel duo dicat eſſe* ا *Aliph, unum, quod in principio: Secundum, quod in medio & fine, ſcribatur, quod tamen, potiùs ſequenti accidenti, competit.* 8.

DIVISIO; *Rectè enim* ا *Aliph, dividitur in aliud, quod à principio, & aliud, quod in medio, & fine ſcribitur, ceu jã monſtratũ eſt.* 9.

PERMUTATIO; *permutatur ſæpiùs, in* و *&* ي *Ja, ut in ſequentibus duob⁹ libris, de Aliph* أَلْمَقْصُورْ *Almacsburu, Id eſt: breviato, figuram* ي *referente, in verbis Defectivis & fœmininis, & in Lexico, aliisq́ ſcriptis, patebit.* 10.

SECVNDVM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt ب، بَ *Ba. Cujus* Figura, *eſt linea obliqua, ſemilunæ inſtar, excepto eo, quòd duo cornua ſurſum, non inſtar ſemicirculi, habeat extenſa, ſed quaſi ad centrum depreſſa, craſſiora paulò, quàm ſemicirculi apices, inferior etiam ejus pars, ſive baſis, verſùs idem centrum, nonnihil compreſſa eſt, ut non exactam, ſemicirculi retineat rotunditatẽ, puncto eſſentiali ſuppoſito, quod ſi deſit, nihil planè, novitio hujus linguæ ſtudioſo, hæc figura ſignificabit, aliis enim Alphabeti characteribus, etiam cõmunis eſt, ut Schema, & diviſiones, aliquot illius characterum, jam docuerunt, atq́ paulò pòſt, etiam fuſiùs dicetur. Quinq́ verò modis, hæc figura, pingitur. In principio, duplici* ؛ *quãvis hæc ultima ſæpè etiam lineâ rectâ,* ـ *puncto ſubjecto, ſcripta invenia.* II. Litera Ba.

inveniatur, ut & reliqui Characteres, qui ex hac figurâ conſtant. In medio ſimplici, ـبـ, *in fine, etiam duplici* ـب ب.

FIGVRÆ, quarum uſus in principio eſt, ex illâ, jam deſcriptâ fiunt, ſciſſâ eâ, exquiſitè in medio, idq; ideò factū puto, ne in ſcribendo, tantum occupet ſpatium, & ut meliùs, cum ſeqventibus literis, connecti poſſit.

SÆPISSIME autem, ut & in ultimâ, abbreviationum figurâ, ſtudioſi viderunt, prima, qvæ à principio ſcribitur, hujus literæ, figurâ, inversâ pingitur facie, hoc modo, ﺑ.

QVÆ verò, in medio ſcribitur, ex eâdem illâ, jam deſcriptâ figurâ, facta eſt, abſciſſis, in utroq; latere, cornibus, & in medio, in acutum, elevatâ lineâ.

QVÆ in fine formatur figura, prior, eſt illa, quæ in Alphabeto habetur, & jam in principio hujus elemēti explicata eſt. Poſterior, eſt illa ipſa, excepto eo, quòd cornu dextrum, non centrum versùs depreſſum habeat, ut ſiniſtrum, ſed extra propendeat, dextrorſum, ut cum præcedentibus literis, eò faciliùs, connecti poſſit.

HÆC figura, exceptis punctis, etiam ت *Ta,* ث *Tſa,* ن *Nun, &* ي *Ja finale, conſtituit, quorum penultima tamen, præter punctum, in eo differt, quòd neq; baſin, neq; cornua ita versùs centrum compreſſa habeat, ſed magis, non tamen exquiſitè, circuli rotunditatem imitetur.* ي *Ia, verò finale, interdum, cum ſecundâ figurâ finali convenit, ſolis punctis differens, quamvis etiam, hæc puncta, interdum, planè omittantur in Manuſcriptis, quòd Arabibus, non Europæis, ſcripta ſint. Arabes itaq;, quibus materna eſt illa lingua, maximè doctiores, facilè ex orationis contextu, vident, an ſupra, vel infra, puncta adeſſe debeant. Sed hac de re, ubi de tertiâ, figurarum Schematis, claſſe, agemus, plura dicentur.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt,* بَا *Ba, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الْبَا *Albai, mirorq; ab omnibus hactenus, etiam Romanis, Be dictum fuiſſe, cùm tamen Ba, per a longum, propter* ا *Aliph phathu, &* ~ *Maddu, Imò cum Avicennâ, addito adhuc* ء *hamzetu, &* ـِ *Keſru, a longū, cum i brevi, legendū ſit. Aliorum nomina,*

nomina,ut Pauli Turcæ,vel illorum qui loco Keſru, Dshammu,ut Romani,& alii in ultimâ ſyllabâ,ponunt,non curabimus, cùm vel parùm differant,ut poſteriorum,vel minùs recepta ſint,ut Pauli.

3. ORIGO; *figuræ,eſt ex lineâ obliquâ,& puncto eſſentiali,ſubjecto,ut paulò antè declaravimus. Nominis verò, à radice* ب *Ba, Id eſt: Iniit, incurrit, &c. quòd hoc elemẽtum, jam conjunctionem iniit, ſive incurrit, cum præcedente.*

4. SIGNIFICATIO; *ex Origine, jam patet. Neq; libet, in hoc accidente, multa verba facere, ſed potiùs Arabibus ipſis, anſam præbere, ut nominum, elementorum, Alphabeti ſui, rationes reddere conentur, quod tamen hactenus, nullum tentaſſe videmus.*

5. POTESTAS; *valet b, aliarum linguarum. Si tamen tribus punctis, ſubſcriptum inveniatur, valet p, aliarum linguarum. De quâ re infrà, ubi, de punctis eſſentialibus, agemus, plura trademus.* P, Arabum.

6. ORDO; *Vnanimi omnium conſenſu, hoc elementum, ordine, ſecundum eſt, in Alphabeto Arabico.*

7. DISCRIMEN; *hoc elementum nomine, & punctis, diſcernitur ab aliis, ſibi ſimilibus quatuor, ut à* ت *Ta, Secundo puncto eſſentiali, ſive duobus punctis ſuprapoſitis, à* ث *Tſa, tertio puncto eſſentiali, vel tribus punctis ſuprapoſitis, à* ن *Nun, primo puncto eſſentiali, ſeu, unico puncto ſuprapoſito, &, quòd, hoc, neq; baſin, neq; cornua, versùs centrum, ita compreſſa habeat, atq; illud, ut & paulò antè, monuimus. Tandem, à* ي *Ia, finali, duobus punctis, ſubjectis. A reliquis autem, omnibus literis, facilè, totâ ſuâ figurâ, diſcernitur.*

8. NUMERUS; *Vt in præcedenti elemento diximus, vix hîc conſiderari poteſt, niſi quis, ſex dicat* ب *Ba, quæ in ſequenti accidente enumerantur.*

9. DIVISIO; *non malè* ب *Ba, dividitur, in ſex, quorum tria à principio, unum in medio, & duo, in fine, ſcribuntur, ceu ſupra de ejus figurâ, diximus.*

10. PERMUTATIO; *Mutatur, ut & paulò antè monuimus, per ſubjectionem punctorum trium, in p, nonnunquam etiam, in* ف *Pha, ut uſus, unicus, omnium linguarum magiſter, docebit. Neq; hîc* Uſus linguarũ unicus Magiſter.

hîc locum habet, quòd quis objicere poſſet, cur nimirum, non dicam hoc elementum, permutatione puncti eſſentialis, in ث *Tſa,* ن *Nun,* ت *Ta, &c. mutari: Nam ita exprimo elemento Alphabeti, variè inflexo, & punctis variatis, omnia reliqua, non ſolùm hujus, ſed & omnium aliarum linguarum, elementa, deduci poſſent. Nos autem, de illâ tantùm, hîc permutatione, loquimur, quæ, uſu, apud doctiores, jam recepta eſt, & in quotidianâ hujus linguæ exercitatione occurrit, uſumq́ aliquem, præſtat. Ceu ſatis, in ſequentibus duobus, Grammaticæ libris, manifeſtum fiet.*

III. Litera Ta. 1. *TERTIUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt* ت *Ta, cujus* Figura, *eadem eſt, quæ præcedentis* ب *Ba, excepto eo, quòd, ab inferiori parte, punctum, ſubjectum habeat nullum, ſuprà poſita autem duo. Reliquum figuræ, cùm ſatis clarè in elemento præcedente, explicatum ſit, hîc, longiùs deſcribere nolumus, ſed, brevitatis amore, ad reliqua accidentia, properabimus.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt,* تا *Ta, vel cum Avicennâ, addito articulo,* التا *Attai. Idem hîc miror, quod & in præcedente elemento, monuimus, cur Romani, in ſuo Alphabeto, Te, & non Ta, hanc literam nominarint, iiſdem de cauſis, quas in nomine præcedentis Elementi, recenſuimus.*

3. ORIGO; *figuræ, eſt eadem, quæ fuit, figuræ, præcedentis Elementi, variato ſaltem puncto, quod in illâ, ſuppoſitum erat, unicum, In hac verò, ſuperponitur geminatum. Nominis, autem, deduci poteſt, à* تاتي *Tati, abjectâ ultimâ ſyllabâ, quod ſignificat, potuit; ſecundùm quoſdam, etiam produxit, à radice,* اتي *Ati, Id eſt: venit, congreſſus eſt. Quòd hoc elementum, à præcedente productum ſit, aut, quòd ab illo, venerit, cum eoq́, congreſſum fuerit.*

4. SIGNIFICATIO; *itaq́ hujus elementi, ex his patet, quòd videlicet, ab alio productum eſt, ſive, quòd aliunde venerit, aut cum aliis coiverit.*

5. POTESTAS; *valet, t, aliarum linguarum.*

6. ORDO; *Ordine, tertium eſt, hoc elementum, In Alphabeto recentiorum Arabum, & quo hodiè utuntur. Olim verò, ut ex ſuprà*

Digitized by Google

ſuprapoſito Avicennæ ordine patet, fuit vigeſimum ſecundum.

DISCRIMEN; *Diſcernitur à reliquis, ſibi ſimilibus elementis, nomine, & ſecundo puncto eſſentiali, ſeu duobus punctis, ſuprapoſitis, à cæteris verò, totâ figurâ, ceu fuſius dictum eſt, in Elemento præcedente.* 7.

NUMERUS; *Is eodem planè modo, hîc conſiderari poteſt, quo conſiderabatur, in elemento præcedente.* 8.

DIVISIO; *de hac, itidem vide, in elemento præcedente, ne cum tædio, idem ſæpiùs repetamus.* 9.

PERMUTATIO; *permutatur interdum, hoc elementum, in ط, fortè, & in alias quaſdam literas. Id quod uſus, & duo libri ſequentes docebunt.* 10.

QUARTUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt ث Tſa, cujus figura, *eadem eſt, quæ elementi, modò præcedentis, excepto eo, quòd, loco puncti geminati ſuprapoſiti, habeat triplicatum.* IV. Litera Tſa. 1.

NOMEN; *hujus elementi, eſt ثا Tſa, vel cum Avicennâ, addito articulo الثاء Atſtſai, denuoq́ admiratione dignum eſt, cur Romani, & alii The, vel ut Paulus Tſe, non verò, Tha ſive Tſa, nominarint, rationes, in ſecundo elemento, ſupra à nobis expoſitæ ſunt.* 2.

ORIGO; *figuræ, eſt ex figurâ, præcedentis elementi, triplicato hîc, tantummodò puncto ſuprapoſito, qui geminatus illic erat. Nominis verò, poteſt deduci, à ثوى Id eſt: Manſit, inter alia ſignificante, quòd hæc figura, jam tertium, conſtans manſerit, ſolis punctis variatis, & quòd, ex hac, plurimæ, reliquorum elementorum, formentur figuræ.* 3.

SIGNIFICATIO; *igitur hujus elementi, eſt quaſi, manens.* 4.

POTESTAS; *Eſt primâ, ex illis literis, quibus Hebræi, aliæq́ linguæ, carent, neq́, per harum literas, verè exprimi poſſunt. Aliqualiter tamen, & quantum datur, optimè, per c, ante i vel e, latinorum, ut è nomine Cicer, conſtat, vel tſ, aut Anglorum th, ut in thinne, exprimitur; hoc ſolùm obſervato, ne purè, ſed ut blæſi ſolent, linguâ, ad dentes ſuperiores Inciſorios, alliſâ, pronuncietur.* 5.

ORDO;

6. ORDO; *Jn hodierno Arabum Alphabeto, hoc elementum, ordine, eſt quartum, olim fuit vigeſimum tertium.*

7. DISCRIMEN; *Diſcernitur, à ſibi ſimilibus elementis, tertio puncto eſſentiali, ſeu tribus punctis impoſitis, & nomine, à reliquis verò, Alphabeti, elementis, totâ figurâ differt.*

8. NUMERUS; *aliter vix conſiderari poteſt, quàm in præcedentibus duobus elementis, factum eſt.*

9. DIVISIO; *de hac, idem eſto, quod de numero, Judicium.*

10. PERMUTATIO; *Interdum mutatur hoc elementum, in præcedens, vel in* ض *Dshad, &* ط *Thdſa, &c. licet rariùs, de quibus, uſus docebit.*

V. *QUINTUM, Alphabeti Arabici, elementum eſt,* ج *Gſim,*

Litera Gſim

1. *cujus figura, conſtat, ex ſemicirculo ſiniſtro quaſi, inſerto puncto eſſentiali primo, veluti, centro, & additâ, in ſupremâ illius parte lineâ obliquâ, lævam versùs. Quatuor autem modis, hæc figura ſcribitur, à principio, ſic* ﺟ, *quæ eſt figura modò dicta ſemicirculo ablato per medium, ut faciliùs connecti, cum ſequentibus poſſit, ideoq; reliqua ſemicirculi pars, in rectum, non verò obliquum extēditur. In medio, huic, quæ à principio ſcribitur, figuræ, in parte ſuperiore, dextram versùs, alia linea obliqua annectitur, ut cum præcedentibus characteribus, conjungi poſſit, hoc modo* ﺠ, *puncto primo eſſentiali, ubiq; ſubjecto. Jn fine, dupliciter pingitur, primò, poſt illigabiles, illa figurâ, de quâ in principio tractationis hujus elementi egimus: Secundò, etiam hâc ipsâ, additâ ſaltem lineâ illâ obliquâ, dextram versùs, quam illi, quæ in medio ſcribitur, annecti modò oſtendimus, ut cum ligabilibus, eò melius conjungi queat, fitq; figura talis* ﺞ. *Hæc figura, ſi puncto careat, ſequens elementum, videlicet* ح *Hha conſtituit, ſi verò punctum habeat ſibi, non ſub, vel impoſitum, ſed ſuprapoſitum, efficit* خ *Cha, de quibus mox dicetur.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* جيم *Gſim, vel cum Avicennâ, addito articulo* الجيم *Algſim.*

3. ORIGO; *Figuræ, ex ſiniſtro ſemicirculo inſerto centro, & lineâ obliquâ in ſuperiori parte additâ, ut paulò ante dictum eſt. Nominis, poteſt eſſe, à* جام *Id eſt: patina, paropſis, phiala, à figu-*

figurâ patinarum, quæ Africanis, & Aſiaticis in uſu ſunt. Habent enim, ab unâ parte, eminentiam quãdam, quâ manu geri, ac ſuſpendi poſſunt, punctumq́ in medio poſitum, innuere videtur, edulia, vel alia, quæ patinis imponuntur.

SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi jam eſt explicata, liberum tamen eſto, ut antea etiam diximus, unicuiq́ hac in parte Iudicium.* 4.

POTESTAS; *valet, g Italorum, ſive Anglorum ante i vel e, ut Giovanni Maggior, In Latinâ enim linguâ, vix commodè, hæc litera exprimi poteſt, aliqualiter, per gſ, adumbratur, ita tamen, ut g, vix audiatur.* 5.

ORDO; *ſecundum recentiores Arabes, hoc elementum, ordine eſt quintum, olim fuit tertium.* 6.

DISCRIMEN; *hujus quinti elementi, à mox ſequentibus duobus, ſibi ſimilibus, præter nomen, manifeſtum eſt. Sextum enim, ح Hha, omni, omninò puncto, deſtituitur. Septimum punctum, non ſub, vel impoſitum ut hoc, ſed ſupra poſitum, habet. A reliquis omnibus, Alphabeti elementis, totâ ſuâ figurâ differt.* 7.

NUMERUS; *Quatuor ſunt ج Gſim, quæ mox enumerabuntur.* 8.

DIVISIO; *Dividitur ج Gſim, in quatuor, quorum unum, in principio, ſcilicet جـ, unum in medio ـجـ, & duo in fine, videlicet ج ـج, ſcribuntur.*

PERMUTATIO; *an hæc litera, aliquando, in aliam mutetur, nondum obſervavimus, ſed, uſus facilè docebit.* 9.

SEXTVM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt, ح Hha, cujus figura *eadem eſt, quæ fuit elementi præcedentis, ج Gſim, eo ſolo excepto, quòd hoc omni, omninò, puncto deſtituatur.* VI. Litera Hha. 1.

NOMEN; *hujus elementi, eſt حا Hha, vel cum Avicennâ, addito articulo الحا Alhai.* 2.

ORIGO; *Figuræ, eſt eadem, quæ fuit, figuræ præcedentis elementi, ablato ſaltem, puncto eſſentiali; quod quaſi centrum ſemicirculi, illic imponebatur. Nominis eſt ex radice, حوا Hhava, & حيي Hhaii, Id eſt: vivere. Unde حياة Hhaiatun, Id eſt: vita. Sic* 3.

ta,quòd, omne,ſecundum naturam, vivens, mediocri, utatur,ut plurimum,reſpiratione.

4. SIGNIFICATIO; *hujus elementi, eſt,vivens,ſive vita. Sic enim Arabes,* حي العالم *vocant herbam,ſemper vivum, teſte Avicennâ l.2.Canon. in litera* ح *Hba,cap.34. & Dioſcor.Cæſar:* ي *Ja,verò literam,ſæpiſſimè in* ا *Aliph, & hanc in illam permutari, partim jam dictum eſt,partim,in ſequentibus, dicetur.*

5. POTESTAS; *valet Hh ,ſive H duplex , ideoq; rectiùs , Hebræorum* ח *Chet, quam* ה *He, comparatur. Huic enim, reſpondet Arabum* ه *Ha,unde etiam,ut mox dicetur,ſæpiſſimè mutuò permutantur,* ح *Hba,& Ha, ut propinquæ; quòd tamen eædem non ſint, ſatis, vel hæc permutatio probat. Idem enim,quatenus idem, permutari invicem non poteſt. Neq;* ح *Hba , pro* خ *Cha ſumendũ eſt. Hoc namq; rectè, per Ch, Latinum , vel χ Græcorum, redditur,ceu mox nobis dicendum erit. Hebræis, hæc litera incognita eſt. Nam, licet , in multis, hujus linguæ, literis, diſcrimen, non facilè animadverti poſſit , (ut etiam ſuprà, in tractatione primi elementi, jam monuimus, tamen omninò eſt tantum,ut eo neglecto,tota lingua* بابل *Babelun , Id eſt: Confuſionem,patiatur.*

Idem quatenus idem, invicé permutari non poteſt.

6. ORDO; *Recentiores Arabes,hoc elementum, ordine,ſextum eſſe volunt, in Alphabeto ſuo; Antiquiores verò , octavum eſſe voluerunt.*

7. DISCRIMEN; *hujus ſexti elementi,præter nomen eſt,à præcedente,quòd hoc,nullum punctum eſſentiale,conjunctum habeat. Illud verò,primum punctum eſſentiale, quaſi centrum, ſemicirculo impoſitum,gerat. A ſequenti,itidem differt,quia illud,primum punctum eſſentiale, ſuprapoſitum habet. Reliqua omnia, Alphabeti elementa,totâ ſuâ figurâ, ab hoc differunt.*

QVOMODO autem ab ه *Ha, diſcernatur,inter loquendum, non calamo doceri poteſt,ſed vivâ voce. Qvamvis dicere poſſimus,* ه *Ha,eſſe aſpirationem lenem,&* ح *Hba mediocrem ,* خ *Cha verò fortiorem. Tamen, hæc nondũ ſufficiunt,pro veris diſcriminibus declarandis,& maximè non ſufficerent,in reliquis literis,ubi,hæc res, adhuc lõgè difficilior eſt. Nam,in pleriſq; vix aliquid,nedum ſatis, verbis etiam plurimis, tradi poſſet. Itaq; in his principiis, ſufficiat, illa*

Aſpiratio triplex.

Digitized by Google

illa diſcrimina, literis latinis, additis, adumbraſſe, Ita enim ه *Ha per h, ſimplex,* ح *Hha per Hh duplex,* خ *Cha per Ch reddimus.*

NUMERUS; *hîc planè conſiderari poteſt, ac in præcedente Elemento conſideravimus, ubi videri poteſt.* 8.

DIVISIO; *de hac, idem, quod de numero, eſto judicium.* 9.

PERMUTATIO; *frequentiſſimè hoc elementum, mutatur in* 10.
ه *Ha. Quâ de re, uſus, optimè ſtudioſos docebit.*

SEPTIMUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt, خ *Cha,* VII.
cujus Figura, *planè eadem eſt, quæ præcedentium duorum elementorum* ب, *excepto eo, quòd non omninò, puncto deſtituatur, ut* ح *Hha, neq; punctum ſemicirculo, quaſi centrum, impoſitum gerat, ut* ج *Gjim; Sed, primum punctum eſſentiale, ſibi ſuprapoſitum habeat,* خ *Cha.* Litera Cha. 1.

NOMEN; *hujus elementi, eſt,* خا *Cha, vel cum Avicennâ, addito articulo* الخاء *Alchai.* 2.

ORIGO; *figuræ, eſt eadem, quæ fuit figuræ, duorum elementorum præcedentium, in eo ſaltem differt, quòd non omninò ſine puncto ſit, neq; punctum ſubjectum, vel impoſitum habeat, ſed ſuprapoſitum, ut modò diximus. Nominis, eſſe poteſt, à radice* خوى *Id eſt: Evacuare, exinanire, quòd aſpirationum, ſit fortiſſima, ideoq; omnis, veluti evacuetur, ſeu proferatur, aſpiratio.* 3.

SIGNIFICATIO; *itaq; hujus elementi, jam patet.* 4.

POTESTAS; *eſt ſecundâ literarum, quas Hebræi, aliæq; linguæ, non habent, quæq; per reliquarum linguarum literas, verè exprimi non poſſunt. Quodammodo tamen, & quàm fieri poteſt optimè, exprimitur, per Ch, non Italicum, vel Anglicum, ſed potiùs Scoticum, ut Buchananus ſive Wallicum, ut carchardi, aut Latinorum, ut Charus, Charitas, ſive Græcorum χ, χάρις, &c.* 5. Secunda litera Arabú, quá aliç linguæ carent.

ORDO; *hodiè, hoc elementum, Arabibus, ordine eſt ſeptimum, olim, fuit vigeſimum quartum.* 6.

DISCRIMEN; *de hoc, in diſcrimine præcedentis elementi, ſatis dictum eſt.* 7.

NUMERUS; *de hoc, nihil aliud, hîc ſcribi poteſt, quàm, in duobus præcedentibus elementis, ſcripſimus.* 8.

DIVI-

9. DIVISIO; *de hac, idem quod de numero, eſto judicium.*

10. PERMUTATIO; *hujus elementi eſſe poteſt interdum in* ح *Hha, rariùs in* ه *Ha, id quod uſus docebit.*

VIII. Litera Dal. 1. *OCTAVUM, Alphabeti Arabici, elementum eſt* د *Dal, cujus figura, videtur, ex ſecundâ elementorum Alphabeti figurâ, hac* ب*, facta, hoc ſolùm, mutato, quòd, longitudinem tantam, non habeat, & cornu ejus dextrum, duplo longiùs ſit, quàm ſiniſtrum, ut ferè id, quod, de longitudine illius* ب *figuræ, deeſſe videtur, ad cornu dextrum, appoſitum ſit, hoc modo* د.

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* دال *Dal, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الدال *Addal.*

3. ORIGO; *figuræ, eſt, ex ſecundâ elementorum Alphabeti figurâ, addito eo, ad cornu dextrum, quod à longitudine illius, hæc deficit, ut modò dictum eſt, & paulò pòſt repetetur. Nominis verò, à radice* دال*, ſive* دلّ*, Id eſt, eminere, in altum erigere, &c. quòd dextrum cornu, inſtar ſurculi, in altum erectum ſit, & emineat.*

4. SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi, eſt, eminere, ſive in altum erigere.*

5. POTESTAS; *valet, reliquarum linguarum D.*

6. ORDO; *ordine, recentioribus Arabibus, eſt Octavum, antiquis quartum.*

7. DISCRIMEN; *hujus octavi elementi, à mox ſequenti, eſt, præter nomen, ſatis manifeſtum, punctum nimirum, eſſentiale primum, ſuprapoſitum. A reliquis Alphabeti Arabici literis, totâ ſuâ figurâ, facilè diſtinguitur, præter alia diſcrimina, quæ, vix ſcriptis, ſed vivâ voce, tradi poſſunt. A ſecundâ autem, elementorum Alphabeti figurâ, licet ab illâ, originem ducat, facilè, longitudine, & cornu dextro, diſcernitur. Turcæ autem, negligentiores, valdè in ſcribendo, hoc elementũ cum.10. ſcilicet* ر *Ra, &.23. ſcilicet,* ل *Lam, confundunt. Sed horum tractatio, ad collationem linguarum, pertinet.*

8. NUMERUS; د *Dal ſunt quatuor, quæ mox enumerabuntur.*

9. DIVISIO; د *Dal, rectè in quatuor dividitur, quorum duo, ſcilicet* د *&* ـد*, In principio, Medio & fine, poſt illigabiles ſcribuntur.*

Digitized by Google

tur. Reliqua duo, videlicet ـد *&* ح *ſcribuntur in medio & fine, poſt ligabiles.*

PERMUTATIO; *permutatur interdum in* ت *Ta, nonnunquam in* ط *Tha, Imò & in* ص *Shad, ſed iſta, uſus meliùs, quàm hæc principia, docebit, jam monuiſſe ſufficiat.* 10.

NONVM Alphabeti Arabici, elementum, eſt, ذ *Dſal, cujus* figura, *eadem eſt, quæ fuit, elementi præcedentis, ſolo primo puncto eſſentiali, ſuperpoſito.* IX. Litera Dſal. 1.

NOMEN; *hujus elementi, eſt* ذَال *Dſal, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الذّال *Adſdſal.* 2.

ORIGO; *figuræ, eſt eadem, quæ fuit, elementi præcedentis, ſuprapoſito primo puncto eſſentiali. Nominis, eſt, à* ذَلّ *&* ذِلَّةٌ *Id eſt: Ignominia, dedecus, quòd, dum occultè, alicui illudere volunt, quidam, hujus literæ, pronuntiatione, utantur.* 3.

SIGNIFICATIO; *itaq́, hujus elementi, jam conſtat.* 4.

POTESTAS; *eſt tertia literarum, quibus Hebræi, aliæq́ linguæ, deſtituuntur, quæq́, per harum literas, verè exprimi non poſſunt. Aliqualiter tamen, per Dſ Latinorum pronunciari poteſt, linguâ, ad dentes ſuperiores inciſorios, alliſâ, ceu blæſi ſolent.* 5. Tertia litera Arabum, quâ aliæ linguæ carent.

ORDO; *hoc ſeculo, Arabibus, hoc elementum, ordine eſt nonum, olim verò, fuit vigeſimum quintum.* 6.

DISCRIMEN; *hujus & præcedentis elementi, præter nomen, eſt punctum primum eſſentiale, ſuprapoſitum. A reliquis verò omnibus, præterea diſcernitur, illis ipſis, quibus, & elementum octavum, ceu paulò ante diximus.* 7.

NUMERUS; *eodem modo, hîc, quo in jam dicto elemento, monuimus, conſiderari poteſt.* 8.

DIVISIO; *de hac, in diviſione præcedentis elementi, dicta, videri poſſunt.* 9.

PERMUTATIO; *hanc, frequens lectio, optimè docebit, permutatur enim, in* ث *Tſa,* ظ *Thdſa, &* ض *Dshad, quamvis rariùs.* 10.

DECIMVM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt, ر *Ra. Cujus* Figura, *exprimo, hujus Alphabeti elemento, mutuata eſſe videtur,* X. Litera Ra. 1.

detur, eo ſolo obſervato, ut, ſicut illius figura, ſemper ſupra lineam eminet, ita hæc ſemper infra, magis lævam versùs, incurvatur, cum craſſitie.

2. NOMEN; *hujus elementi,* رَا *Ra, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الرَّا *Arrai.*

3. ORIGO; *figuræ eſt, ex primo hujus Alphabeti, elemento, veluti, modò dictum eſt. Nominis, eſt, à* رَأْيٌ *Raiun, Id eſt: Conſilium, ſententia, &c. quòd ratam, firmamq; & conſilio quaſi inſtitutam, hoc elementum, requirat pronuntiationem.*

4. SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi, hinc patet.*

5. POTESTAS; *valet R, aliarum linguarum.*

6. ORDO; *Recentioribus, ordine, eſt decimum, Antiquis Arabibus, fuit vigeſimum.*

7. DISCRIMEN; *à mox ſequenti elemento, hoc ſolo puncto, primo eſſentiali ſuprapoſito, diſcernitur. A primo verò, hujus Alphabeti elemento, poſitu, & ductu differt, ut paulò antè, in Figurâ diximus. A reliquis omnibus elementis, facilè, totâ ſuâ formâ, diſcernitur.*

8. NUMERUS; ر *Ra, ſunt tria, quæ mox enumerabuntur.*

9. DIVISIO; *Rectè* ر *Ra, in tria dividitur. Nempe in duo, quorū figurâ hactenus uſi ſumus, & in aliud, quod caput in alteram partem, inclinat, & caudam, ſurſum versùs, elevat, hoc modo* ر.

10. PERMUTATIO; *an hæc litera aliquando permutetur, nondum obſervare potuimus.*

XI. Litera Zain. *UNDECIMUM, Arabici Alphabeti, elementum, eſt,* ز *Zain, Cujus* Figura, *planè eadem eſt, quæ fuit elementi, præcedentis, ſolo primo puncto eſſentiali ſuprapoſito.*

1.

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* زَايْنٌ *Zain, vel cū Avicennâ, addito articulo,* الزَّايْ *Azzaiun, aut cū Romanis* الزَّيْنُ *Azzainu.*

3. ORIGO; *figuræ, eadem planè eſt, quæ elementi præcedentis, ſuprapoſito tantùm, primo puncto eſſentiali. Nominis, eſt à radice* زَيَّنَ *Id eſt: Ornare, exornare, comere.*

4. SIGNIFICATIO; *ergò, hujus elementi, eſt exornatus, venuſtus, comtus, fortè, quòd, in laudandis rebus venuſtis, ſonus hujus literæ, ipſis etiam infantibus, ſit in uſu.*

POTESTAS; *valet* ز *aliarum linguarum.* 5.

ORDO; *hodiè, hoc elementum, Arabibus ordine, eſt ſextum, olim,* 6.
fuit ſeptimum.

DISCRIMEN; *à modo præcedenti elemento, præter nomen, ſo-* 7.
lo primo puncto eſſentiali, ſuprapoſito, diſcernitur. A primo autem, hujus Alphabeti elemento, poſitu & ductu, necnon primo puncto eſſentiali differt. A reliquis omnibꝰ facilìꝰ, totâ ſuâ figurâ dignoſcitur.

NUMERUS; *eodem planè modo, quo in præcedente elemento,* 8.
hîc conſideratur.

DIVISIO; *de hac, idem eſto judicium, ſolo puncto ſuprapoſito, ob-* 9.
ſervato.

PERMUTATIO; *Mutatur interdum, hæc litera, in* س *Sin,* 10.
in ض *Dshad, fortè & in* ذ *Dſal, &* ظ *Thdſa, ob vicinitatem* ـ. *Tamen de hac re, uſus, ſuo tempore, feret ſententiam.*

DUODECIMUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt, XII. Litera Sin
س *Sin. Cujus* figura, *ex ſecundâ, elementorum Alphabeti figurâ,* ب 1.
deſumta eſſe videtur, elevato, ejus fundo, in medio, in altum, ut acumen producatur, ad cornuum utrorumq́ æqualem altitudinem, ut tres quaſi dentes ſortiatur, additâ, versùs lævam, caudâ deorſum vergente, ſurſumq́ ſeſe elevante, quam caudā ſi quis literam ل *Lam, reſecto capite, eſſe voluerit, non errabit, ſi tamen aliquis, Decimum Alphabeti Arabici, elementum* ر *Ra, eſſe contenderet, neq́ huic multùm erroris, attribui poſſet, modò is concederet, illud, ſiniſtrorſum, in ſublime, cum acumine, elevandum eſſe. Sed in hiſce levioribus, neutiquam immorabimur.*

NOMEN; *bujus elementi, eſt* سين *Sin, vel cum Avicennâ,* 2.
addito articulo السّين *Aßin.*

ORIGO; *Figuræ, eſt, ex ſecundi elementi, hujus Alphabeti, figu-* 3
râ, additâ caudâ, ceu modò diximus. Nominis, eſt à radice سنى *Senene, quæ inter alia ſignificat, acuere, Unde* سن *Sin, Dens, quòd acutus ſit, (ut fuſiùs in Lexico noſtro medico, diximus,) denominatus eſt. Item* ـ, *conſtituere, inſtituere, diſcere, legere, &c. ſignificat, Quòd hujus literæ ſonus acutus, & ejus forma tribus quaſi dentibus prædita ſit. Et quòd hujus, ſequentisq́ elementi, pronuntiationem*

tionem Galaaditæ, Ephratæis, conſtituerint, ſive inſtituerint inditem, inter ſe & illos, Judic. 12. verſ. 2.

4. SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi, jam patet.*

5. POTESTAS; *valet aliarum linguarum S, purum, ut Salus, Series, &c. & Germanorum, inter duo e, ut in verbo,* Leſen.

6. ORDO; *Ordine, recentioribus Arabibus, hoc elementum, eſt, duodecimum, antiquioribus verò, fuit, viceſimum primum.*

7. DISCRIMEN; *facilè totâ ſuâ figurâ, & nomine, ab omnibus aliis Alphabeti Arabici elementis, diſcernitur, excepto mox ſequenti, à quo, tertio puncto eſſentiali, ſuprapoſito, diſtinguitur.*

8. NUMERUS; *Septem poſſunt dici* س *Sin, ceu ex diviſione, mox apparebit.*

9. DIVISIO; *non malè* س *Sin, dividitur in ſeptem, quorum duo* سـ *&* ـسـ *(explicatis tribus dentibus in ultimâ figurâ, veluti in parum incurvatam lineam, quâ figurâ Perſæ, frequentiſſimè, Arabes, non rarò, utuntur,) in principio; alia duo, in Medio, ut* ـسـ *&* ـسـ*, (explicatis in ultimâ figurâ tribus dentibus, in rectam lineam, in priori verò, facilioris connexionis ergò adjectis, ante & retrò, quaſi appendicibus,) Reliqua tria* س ـس ـس *in fine ſcribuntur. Quarum omnium, figuras, examinare ſuperfluum eſt, cum quilibet, ſuo marte, hoc facere poſſit, maximè, cùm in aliquot literis, hoc jam monſtratum ſit.*

10. PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera, interdum, in* ت *Ta, Interdum, in* ش *Schin, ob vicinitatem, necnon, in* ص *Shad, &c. quas mutationes, uſus docebit.*

XIII. Litera Schin. 1. *DECIMUM TERTIUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt* ش *Schin. Cujus* Figura, *planè eadem eſt quæ fuit elementi præcedentis, ſuprapoſito ſaltem, tertio puncto eſſentiali.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* شين *Schin, vel cum Avicennâ addito articulo* الشّين *Aſchſchin.*

3. ORIGO; *Figuræ, eadem eſt, quæ fuit, præcedentis elementi, ſuprapoſito tertio puncto eſſentiali. Nominis, eſt à radice* شين *Id eſt: Infamiâ afficere, deturpare, dedecorare. Quòd hujus literæ ſonus,*

Digitized by Google

ſonus, nõn ſit adeò elegans, ut præcedentis, eoq́ utamur, dum aperte alicui illudere, vel aliquem explodere volumus.

SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi, jam conſtat.* 4.

POTESTAS; *eſt ſexta literarum, quibus aliæ linguæ non utuntur, quamvis inter has, hæc optimè, exprimi poſſit; per Sch, aliarum linguarum, quod etiam valet.* 5. Sexta litera Arabum, quâ aliæ linguæ carent.

ORDO; *Hodiè Arabibus, hoc elementum, ordine, eſt decimum tertium, olim fuit viceſimum octavum, ſeu ultimum.* 6.

DISCRIMEN; *hoc elementum, à præcedente, diſcernitur, nomine, & tertio puncto eſſentiali ſuprapoſito; A reliquis verò, Alphabeti Arabici elementis, totâ ſuâ figurâ, facilè dignoſcitur.* 7.

NUMERUS; *totidem ſunt,* ش *Schin, quot, modò diximus eſſe* س *Sin, nimirum ſeptem.* 8.

DIVISIO; *de hac, idem eſto judicium, quod fuit, in diviſione præcedentis elementi, eo ſaltem obſervato, quòd punctum eſſentiale tertium, ſit ſuperpoſitum.* 9.

PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera, interdum, ob vicinitatem in* س *Sin, interdum in* ط *Ta,* ض *Dshad, &c. quod, uſu meliùs quàm præſcriptis, addiſcetur.* 10.

DECIMUM QVARTUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt ص *Shad, (Cujus* Figura, *ex ſecundâ, elementorum Alphabeti Arabici, figurâ, deſumta eſſe videtur, cornu illius dextro, cum ſiniſtro conjuncto, hoc modo* ـصـ *additâ; interdum, caudâ, nunc longâ, levam versus* ص, *(de quâ egimus in duobus elementis præcedentibus,) nunc breviore, ex eâdem parte, ut in principio* صـ *nunc duplici, ex utrâq́ parte, ut in medio* ـصـ ـصـ *& fine poſt ligabiles* ـص. *Verùm de his in numero & diviſione, paulò poſt, etiam agendum eſt.* XIV. Litera Shad 1.

NOMEN; *hujus elementi, eſt* صَادْ *Shad, vel cum Avicennâ, addito articulo* الصّص *Ashshadu.* 2.

ORIGO; *Figuræ eſt, ex ſecundâ, elementorum hujus Alphabeti, figurâ, ceu modò dictum eſt, &, infra in diviſione repetetur. Nominis, eſt, à radice* صاد *Id eſt: venari, capere. Quòd venatores, dum canes feras inſequuntur, tali ferè ſono, eos, ad ſtrenuè inſequendum, incitent.* 3.

SIGNI-

4. SIGNIFICATIO; *itaq́ hujus elementi, jam patet.*

5. POTESTAS; *valet aliarum linguarum, ſh, ita tamen, ut aſpiratio, non admodum clarè exprimatur, unde etiam, non malè, per ſonum mixtum, ex, t, & ſh, proferri poſſet, ita tamen ut ſonus t & h, non clarè, audiatur.*

6. ORDO; *Ordine, hoc elementum, hodiè, Arabibus, eſt decimum quartum, olim fuit decimum quintum.*

7. DISCRIMEN; *diſcernitur à reliquis omnibus Alphabeti literis, nomine & ipſo corpore, à mox verò ſequenti, nomine, & ſolo primo puncto eſſentiali, ſuprapoſito.*

8. NUMERUS; *ſex ſtatui poſſunt* ص *Shad, quorum duo* صـ صـ *à principio, duo* ـصـ & ـصـ *in medio, & duo* ص ـص *in fine ſcribuntur.*

9. DIVISIO; *rectè itaq́, in ſex hoc elementum dividitur, veluti jam ex numero conſtat, quæ diviſio tamen, ex mutatione caudarum oritur, ceu cuilibet patet.*

10. PERMUTATIO; *Mutatur, ſeu potiùs, confunditur, non rarò, hæc litera, cum decimaſexta,* ط *Tha, & aliis, id quod uſus docebit.*

XV. Litera Dshad. *DECIMUM QUINTUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt,* ض *Dshad, Cujus* Figura, *planè eadem eſt, cum præ-*
1. *cedentis elementi figura, ſuprapoſito ſaltem, primo puncto eſſentiali.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* ضاد *Dshad, vel cum Avicennâ,* الضّاد *Adshdshad.*

3. ORIGO; *figuræ, eadem eſt, quæ fuit elementi præcedentis, ſuprapoſito primo puncto eſſentiali. Nominis; eſt à* ضِدّ *Dshiddun, Id eſt: Contrarietas, adverſitas, cujus radix eſt,* ضدد *Dshadede, Id eſt: Reſiſtere, contrarium eſſe, oppugnare. Quòd irati, ſive cum aliquid nobis contrarium eſt, vel reſiſtit, ſimili ſono, in depellendo eo, utamur.*

4. SIGNIFICATIO; *hujus elementi, jam, ex his innotuit.*

5. POTESTAS; *valet aliarum linguarum Dsh, vel dtsh, ſono ex his quaſi mixto, hoc ſolùm obſervato, quòd ſonus, ipſius ſ, & h, vix audiatur.*

ORDO; *Recentioribus Arabibus, ordine, hoc elementum, eſt*

eſt decimum quintum, antiquis, fuit decimum octavum.

DISCRIMEN; diſcernitur à proximè præcedente elemento, nomine & ſolo puncto primo eſſentiali, ſuprapoſito, à reliquis omnibus verò, ipſo corpore, ut & præcedens. 7.

NUMERUS; de hoc idem hîc eſto judicium, quod fuit, de numero elementi, modò præcedentis. 8.

DIVISIO; de hac, etiam illa, quæ de jam dicti elementi diviſione, diximus, locum habent. 9.

PERMUTATIO; Mutatur ſæpiſſimè, ſeu potiùs confunditur, & ſono & ſcripturâ, cum decimoſeptimo, paulò pòſt explicando elemento ظ Thdſa, an verò, & cum aliis quibuſdam, permutetur, uſus docebit. 10.

DECIMUMSEXTUM, Alphabeti Arabici elementum, eſt ط Tha, cujus figura, ex elementi primi, & ſecundi, Alphabeti Arabici, figurâ, conflatâ eſt. Si enim figuræ, ſecundi elementi, Alphabeti Arabici, cornu ſiniſtrum, auferatur, & dextro ejus conjungatur, verſùs medium baſis illius, & primi elementi figura apponatur, integra hujus elementi, figura hæc, ط, exurget. XVI. Litera Tha. 1.

NOMEN; hujus elementi, eſt طَا Tha, vel cum Avicennâ addito articulo, الطَّا Aththai. 2.

ORIGO; Figuræ, eſt ex duorum primorum Alphabeti Arabici elementorum, figuris, ceu modò dictum eſt. Nominis, eſt à radice وطا; ſive وطي Id eſt: Calcare, ſubjicere, & informa, وطي conſentire, &c. quòd, in pronunciatione, hujus literæ, palatum & trunci dentium anteriorum, dorſo linguæ, quaſi calcando percutiantur, eisq; lingua ſubjiciatur, & conſentiat. 3.

SIGNIFICATIO; igitur, hujus elementi, jam patet. 4.

POTESTAS; valet aliarum linguarum th, ſine tamen ſibilo, pronunciatis. Non enim, diſcrimen, inter hanc, & tertiam, Alphabeti hujus, literam, tantum eſt, quo ad valorem, (licet omninò ſit aliquod,) ut facilè, obſervari poſſit. Nos tamen adjectione h, conati ſumus indicare. 5.

ORDO; Ordine, hoc elementum, hodiè, eſt decimumſextum, olim, fuit nonum. 6.

DISCRI-

7\. DISCRIMEN; *diſcernitur, à reliquis omnibus literis, totâ ſuâ figurâ, à mox ſequenti verò, nomine, & ſolo punĉto eſſentiali primo, ſuprapoſito.*

8\. NUMERUS; *Duo ſaltem dantur* ط *Tha, ceu ex diviſione patebit.*

9\. DIVISIO; *Benè igitur, in duo, hoc elementum dividitur, quorum unum, in principio, & fine ſcribitur,* ط, *alterum* ط, *in medio & fine.*

10\. PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera, interdum, in* ص *Shad,* د *Dal, & alias, id quod uſus monſtrabit.*

XVII. Litera Thdſa. *DECIMUM SEPTIMUM, Alphabeti Arabici elementum, eſt* ظ *Thdſa, cujus* figura, *eadem eſt, quæ fuit elementi*

1\. *præcedentis, hoc unico excepto, quòd hæc, primum punĉtum, eſſentiale, ſuprapoſitum habeat.*

2\. NOMEN; *hujus elementi, eſt* ظَا *Thdſa, vel cum Avicennâ* الظَّا *Athdſthdſai, addito articulo.*

3\. ORIGO; *Figuræ, eadem eſt, quæ fuit figuræ, elementi præcedentis, ſolo primo punĉto eſſentiali, ſuprapoſito. Nominis, eſt à* ضَو, *quod invenitur, pro* ضَو *Jd eſt: Splendor, lumen, lux, claritas, Iubar, à radice* ضى *Jd eſt: ſplendere, lucere, fulgere, micare, quòd ſonus hujus literæ, ſubitò inſtar luminis, vel ſplendoris emicet.*

4\. SIGNIFICATIO; *hujus elementi, itaq; inde jam conſtat.*

5\. Quarta litera Arabum, quá aliæ linguæ carent. POTESTAS; *eſt quarta literarum, quibus aliæ linguæ carent, quæq; per harum literas, verè exprimi nõ poteſt. Aliqualiter tamen, per adjeĉtas Thdſ, quatuor latinas literas, adumbrare conati ſumus.*

6\. ORDO; *hiſce ſeculis Arabibus, hoc elementum ordine, eſt decimum ſeptimum, olim fuit vigeſimum ſextum.*

7\. DISCRIMEN; *diſcernitur ab elemento præcedente, nomine, & ſolo primo punĉto eſſentiali, ſuprapoſito, à reliquis, totâ ſuâ figurâ, ut & præcedens.*

8\. NUMERUS; *is, eodem modo, quo in præcedente elemento, conſiderari poteſt, ut jam diĉtum eſt.*

9\. DIVISIO; *de hac, etiam idem eſto judicium, quod fuit de eâ, in elementi præcedentis, diviſione.*

PER- E 4

PERMUTATIO; *Mutatur, ſive confunditur potiùs, ſæpiſſimè, hoc elementum, & ſono & ſcriptura cum* ص *Dshad. An verò, etiam cum aliis literis, hoc fiat, uſus docebit.* 10.

DECIMUMOCTAVUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt, ع *Ain. Cujus* figura, *ferè eadem eſt, quæ fuit, elementi ſexti, hoc uno mutato, quòd, ſuperior illius linea, ſiniſtram versùs, per longitudinem, deorſum nonnihil inclinando, ducta fuerit. Hujus autem, dextram versùs, in ſemicirculi figuram elevata ſit, ceu cuilibet aſpicienti facilè patet.* XVIII. Litera Ain. 1.

NOMEN; *hujus elementi, eſt* عين *Ain, vel cum Avicennâ, addito articulo* العين *Alaiin.* 2.

ORIGO; *figuræ, jam dicta eſt, ex ſexti elementi figurâ. Nominis, eſt integrum vocabulum Arabicum, Turcicum, aliisq; non paucis linguis orientalibus uſitatiſſimum,* عين *Ain, quod oculum, & fontem ſignificat, quia fons, ſive ſcaturigo, oculus veluti eſt terræ, ut in Lexico noſtro, & in ejus* προδρόμῳ *Lexico Medico, Arabico-Græco-Latino diximus. Radix autem, vel verbum hujus vocis, eſt* عين*, cujus ſignificatio, per antiquum Latinorum verbum ocellare, benè exprimitur. Unde, rectè, Suetonio, ocellata dicuntur, & nuces ocellatæ, id eſt, multis foraminibus, veluti oculis, perforatæ. Neq; lectio, in hujusmodi locis, apud authores, mutanda eſt, ut malè, non pauci Grammaticorum, facere conati ſunt, ſed potiùs, ceu rectè Turnebus ſentit, hæc lectio retinenda, & ob ignorantiam rei, tanti authores, nõ ſunt depravandi, ſed multò magis res illæ diligentiùs indagandæ ſunt. Aptiſſimè enim, ocellata dicuntur illa opera, quæ quacunq; arte, vel multorum oculorum referunt imagines, (ut veſtes opere phrygiano factæ, aut acu pictæ, aut textoriâ, aliisq; manuum operibus ſimilibus, multis oculis, exornatæ; Picturæ item, ac ſculpturæ, quales vaſa aurea, argentea, aliorumq; metallorum, & materiarum, ſubjecta ſuſtinere poſſunt,) vel diverſis foraminibus quaſi oculis diſtincta ſunt. Tale itaq; quiddam agere, Arabes elegantiſſimè per hanc radicem exprimunt.* 3.

Ain quid ſignificet, & unde ſit.

Non facilè lectio authorũ mutanda eſt.

SIGNIFICATIO; *itaq; hujus elementi, jam innotuit.* 4.

POTESTAS; *valet idem ferè, quod Hebræorum,* ע *Ain, poteſt* 5.

teſt autem per Latinum ai, tanquam unum ſonum, aliqualiter proferri. Cùm verò in ſequentibus, nos Arabica Latinis literis exprimemus, per ſimplex a, hanc literam reddere non poſſumus, (confunderetur enim, cum ا *Aliph) neq; per ai. Nam ſæpiſſime* ا *Aliph, &* ى *Ja, concurrunt, etiam cum Keſru, & ita adhuc ſtudioſi ex Latinis literis, hanc Arabicam* ـعـ ع *Ain, nondum, dignoſcere poſſent.*

Ain Arabicum in ſequentibus per a germanicum reddetur.

Placuit itaq; nobis eam, per alterius cujuſdam linguæ, velut Germanicæ a, *indicare, ut ſtudioſi, ubicunq; Latino vocabulo, inſertum invenerint,* a *Germanicum, ſciant in Arabico, non Aliph, ſed Ain eſſe. Neq; mendum ſuſpicentnr.*

6. ORDO; *Recentiores Arabum, hoc elementum, ordine, decimum octavum, habent, antiqui decimum ſextum reputarunt.*

7. DISCRIMEN; *Diſcernitur, ab elemento mox ſequente nomine, & ſolo puncto primo eſſentiali ſupraposito, à ſexto verò Alphabeti elemento, lineâ ſuperiori, ut jam dictum eſt, à quinto, eâdem lineâ & puncto ſuppoſito, à ſeptimo, jam dictâ lineâ, & puncto ſupraposito. A reliquis porrò omnibus, Alphabeti Arabici, elementis, facilè, totâ ſuâ figurâ, diſcernitur.*

8. NUMERUS; *Quinq; numero, ſunt* ع *Ain, quæ mox enumerabuntur.*

9. DIVISIO; ع *Ain, rectè in ſeptem dividitur, quorum primum* ـع ـعـ *in principio ſaltem, ſcribitur, ſequentia tria* ـعـ ـعـ ـعـ *in medio tantùm, Reliqua tria* ع ـع ـع *in fine ſolùm.*

10. PERMUTATIO; *An hæc litera, aliquãdo in* ا *Aliph,* غ *Ghain, vel aliam mutetur, ipſo uſu, addiſcent ſtudioſi.*

XIX. Litera Ghain. 1. *DECIMUM NONUM, Alphabeti Arabici; elementum, eſt,* غ *Ghain. Cujus* Figura *eadem eſt, quæ fuit elementi præcedentis, unico primo eſſentiali puncto, ſupraposito.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* غين *Ghain, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الغين *Alghaiin.*

3. ORIGO; *Figuræ eadē eſt, quæ fuit figuræ, elementi præcedentis, ſolo primo eſſentiali puncto, ſupraposito. Nominis eſſe poteſt, à radice* غيم *Jd eſt: Obſcurare* م *Mim, mutato in* ن *Nun. Niſi quis malit à radice,* غني *deducere, cujus multæ ſunt ſignificationes.*

Nobis

Nobis nuncplacet, à غيم *deducere, quaſi obſcurata, Quòd ſonus hujus literæ, ferè omnium literarum Arabicarum, ſit obſcuriſſimus.*

SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi jam conſtat.* 4.

POTESTAS; *eſt quinta literarum, quibus Hebræi, aliæq́; linguæ deſtituuntur, quæq́; per harum literas, verè, exprimi non poſſunt. Aliqualiter tamen, per, Ghai, latinorum uno ſono prolatis adumbrari poteſt. Aliqualiter adumbrari poteſt, dico, verè enim, & exactè exprimi, neq́; à nobis, (quos tamen per integrum menſem, vivus noſter Præceptor Arabicæ linguæ, indies exercuit, veluti & ſupra jam monuimus,) unquam potuit. A quibuſdam, per G, Anglicum exprimi poſſe creditur.* 5.

ORDO; *In hodierno Alphabeto Arabico, hoc elementum, eſt decimum nonum, In antiquo eſt viceſimum ſeptimum.* 6.

DISCRIMEN; *diſcernitur à præcedente elemento, nomine & primo eſſentiali puncto, ſuprapoſito, à ſeptimo verò, ſolâ lineâ ſuperiore, à ſexto, hac eâdem lineâ, & puncto ſuprapoſito, à quinto autem, illâ ipsâ lineâ, & puncto illo ſuprapoſito, nullo ſuppoſito. Tandem à cæteris omnibus Alphabeti Arabici elementis, facilè totâ ſuâ figurâ, diſtinguitur.* 7.

NUMERUS; *de hoc, eadem, quæ de numero præcedentis elementi dicta ſunt, hic ruminentur, ſolo puncto ſuprapoſito obſervato.* 8.

DIVISIO; *de hac, idem eſto, quod de numero, judicium.* 9.

PERMUTATIO; *an hæc litera, aliquando in aliam mutetur, nondum obſervavimus, hoc tamen totum, uſus, abundè, docebit.* 10.

VIGESIMUM, Alphabeti Arabici elementum eſt, ف *Pha,* XX. Litera Pha.
cujus figura, *eſt, linea mediocris, quæ à parte ſuperiori incipiens, & ſpatium inſtar circuli parvi concludens, curvato deinde ductu, in inferiorem locum, obliquè, ſiniſtram versùs, deſcendens terminatur, vel eſt veluti cauda literæ, Decimæ ſecundæ, Decimæ tertiæ, Decimæ quartæ, & Decimæ quintæ, addito ſiniſtram versùs, ad ſuperiorem apicem, ſemicirculo parvo, ſive puncto duodecimo, (Claſsis tertiæ, vel puncto primo ſervili, & ſuprapoſito primo puncto eſſentiali, qualiter orientales, & qui Ægyptum inhabitant Arabes, Perſæ, & Turcæ, ſcribunt, Mauritani autem, & Africani, hoc punctum* 1.

NOTA. Quomodo inſpecto codice Arabi-

eo mox judicari poſſit, an in Africâ vel Africâ, ſcriptus ſit. punctum eſſentiale ſubſcribunt, & ſequenti literæ Caph, illud ſupraponunt. Quod notare omninò oportet. Per hanc enim notam, mox, legenti apparet, an in Africâ, vel Aſiâ codex ſcriptus fuerit. Nos itaq; cum Orientalibus, nunc ſcribimus.

2. NOMEN; *bujus elementi, eſt,* ڤا *Pha, vel cum Avicennâ, addito articulo* الڤا *Alphai, Miror q; ab omnibus hactenus, etiam Romanis, Phe, dictum fuiſſe, cùm tamen Pha, per à longum, propter Phathu, Aliph & Maddu, legendum ſit, Jmò cum Avicennâ addito, adhuc hamzetu, & Keſru, a, longum, cum i, brevi.*

3. ORIGO; *Figuræ, eſt ex caudâ modò dictarum literarum, & puncto eſſentiali ſuprapoſito, ut paulò ante diximus. Nominis, eſt vocabulum Arabicum,* ڤ *Id eſt: Os, oris, quòd hæc litera, in oris humani, primâ parte pronuncietur, ut ſupra dictum eſt, non in ipſis labiis, vel eorum circuitu, neq; intra dentes, vel ſub palato, ſed in interiore parte labii inferioris, & capitibus dentium anteriorum.*

4. SIGNIFICATIO; *itaq; bujus elementi, jam patet.*

5. POTESTAS; *valet f, vel ph Latinorum.*

6. ORDO; *ordine, hodiè, Arabibus, eſt hoc elementum, viceſimum, olim fuit decimum ſeptimum.*

7. DISCRIMEN; *diſcernitur hoc elementum, à ſequente elemento, nomine & puncto ſuprapoſito, in codicibus, in Aſiâ ſcriptis, In Africanis verò, libris, puncto ſuppoſito, in quibus ſequens elementum* ـق *Caph, hoc punctum, habet ſuprapoſitum. Facilimè autem, hoc obſervari poteſt, an nimirū in Aſiâ, an in Africâ libri ſcripti ſint. Nam ſi huic figuræ* ـڢ *videas, punctum ſubſcriptum, hoc modo* ـڢ, *jam ſcies, in Africâ, hunc codicem, eſſe exaratum, neceſſarioq;,* ـق *Aſiaticorum, in eo eſſe Caph. Jn libris autem, qui in Aſiâ ſcripti ſunt, diſcernitur hoc elementum* ـف, *à ſequente, ſuprapoſito, ſecundo puncto eſſentiali. A penultimo verò, ſive vigeſimo ſeptimo elemento, diſcernitur, per abſentiam omnis omninò puncti. Tandem, à reliquis omnibus, Alphabeti Arabici, literis, totâ ſuâ figurâ diſtinguitur.*

Quomodo Pha Aſiaticum ab Africano, & hoc ab illo diſcernatur.

8. NOMEN; ڤ *Pha, quatuor ſunt, numero, ut mox dicetur.*

9. DIVISIO; *hoc elementum, uti & ſequens, bifariam dividi poteſt. 1. in* ڧ *Pha, quod in Aſiâ, & in* ڢ *Pha, quod in Africâ. ſcribitur,*

ſcribitur, de quâ diviſione, jam in diſcrimine diximus. 2. ف *Pha rectè in quatuor dividitur, quorum unum* فـ *in principio, unum* ـفـ *in medio, & reliqua duo,* ف ـف *in fine ſcribuntur.*

PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera, interdum in* و *Vau, an etiam in alias mutetur, uſus docebit.* 10.

VIGESIMUM PRIMUM, Alphabeti Arabici elementum, eſt, ق *Caph, cujus* figura *eadem eſt, quæ fuit, elementi præcedentis, ſuprapoſito ſaltem, in Aſiaticis codicibus, ſecundo puncto eſſentiali. In Africanis verò libris noſtra figura, præcedentis literæ, hanc conſtituit, veluti etiam, paulò antè, monuimus.* XXI. Litera Caph. 1.

NOMEN; *hujus elemẽti, eſt* قَافْ *Caph, vel cum Avicennâ, addito articulo,* القَاف *Alcaph.* 2.

ORIGO; *Figuræ, eadem eſt, quæ fuit, figuræ elementi præcedentis, mutato ſaltem, primo puncto eſſentiali ſuprapoſito, in ſecundum. Nominis, eſſe poteſt, dictio,* قَفَا *Id eſt: Cervix, transpoſito ſaltem* ا *Aliph, in medium. Poſſetq́ hoc elementum, ideò inde denominatum eſſe, quòd dum pronunciatur, ſonus ejus, à cervice, quaſi incipiat, dum expiratus aër, cœlum palati, debet forti percuſſione, ferire.* 3

SIGNIFICATIO; *hujus elementi, ex jam dictis conſtat.* 4.

POTESTAS; *valet C Latinorum, ante a, vel u, vel ſecundum quoſdam q c.* 5.

ORDO; *Recentioribus Arabibus, hoc elementum, ordine, eſt, vigeſimum primum, antiquis verò, decimum nonum.* 6.

DISCRIMEN; *diſcernitur à præcedente elemento, nomine, & in Aſiaticis libris, per ſecundum punctum eſſentiale. In Africanis autem, eâdem figurâ, quâ in Aſiaticis, elementum præcedens, ſcriptum fuit, pingitur. A penultimo verò, nomine, & per abſentiam, omnis omninò puncti, diſcernitur. A cæteris omnibus Alphabeti Arabici literis, totâ ſuâ figurâ, facilè diſtinguitur.* 7.

NUMERUS; *Idem hîc de numero ſciendum eſt, quod de eo, in elemento præcedente, dictum eſt.* 8.

DIVISIO; *Dividitur hoc elementum* ق*, ſimiliter ut & præcedens bifariam.* 1. *in* ق *Caph Aſiaticum, &* ڧ *Caph Africanum, de quâ* 9.

de quâ diviſione, jam diximꝰ. 2. *Eodem modo, quo elementum ـك præcedens.*

10. PERMUTATIO; *an hæc litera, interdum inſequentem mutetur, nondum obſervavimus, ſed uſu facilè animadvertetur.*

XXI. Litera Kaph. 1. *VIGESIMUM SECUNDUM, Alphabeti Arabici elementum, eſt* ك *Kaph. Cujus* figura *prodiiſſe videtur, ex ſecundâ, elementorum, Alphabeti Arabici, figurâ, producto cornu dextro, per longitudinem, lævam versùs ad cornu uſq; ſiniſtrum ferè, addito. Deinde apice, ſeu lineolâ quâdam obliquâ dextram, ſurſum versùs. Varias autem, hoc elementum, habet figuras, quarum uſitatiſſimas, infra, in diviſione, ſtudioſis, proponemus, quæ quantum, vel qualiter, ab hac diſcedant, quilibet, proprio marte, facilè videre poteſt, ne levioribus hiſce, lectori, oneri ſimus.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* كَاف *Kaph, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الكاف *Alkaph.*

3. ORIGO; *Figuræ, eſt, ex ſecundâ elementorum Alphabeti Arabici figurâ, ut modò diximus. Nominis, eſt à radice* كفّ*, vel* كفف*, quæ varias habet ſignificationes, ut è Lexico ſuo tempore patebit. Inter alia verò, ſignificat etiam, ceſſare, deſinere, abſtinere, &c. Ideoq; hæc litera, ſic dicta eſſe poteſt, quòd ejus ſonus, ſubitò ceſſet, ac deſinat.*

4. SIGNIFICATIO; *itaq; hujus elementi, inde jam conſtat.*

5. POTESTAS; *valet K, aliarum linguarum.*

6. ORDO; *recentiores Arabes, ordine; hoc elementum, eſſe volunt, vigeſimum ſecundum, antiqui verò, undecimum.*

7. DISCRIMEN; *diſcernitur facilè à reliquis omnibus literis, nomine; & totâ ſuâ figurâ hac, quamvis alia ejus figura quædam, alio modo à* ل *Lam finali diſcernatur, ceu in diviſione, dicemus.*

8. NUMERUS; ك *Kaph, octo eſſe poſſunt, quæ in mox ſequenti diviſione, enumerabuntur.*

9. DIVISIO; ك *Kaph, poteſt dividi, in octo, quorum tria hæc* ك كـ كـ*, in principio, duo* ـكـ ـكـ *in medio, & tria* ـك ك ـك *in fine ſcribuntur, quorum* ـك *maximè ultimum, Imò, & reliqua* ـك *duo, niſi hæc, lineâ ſuperiori dextram versùs impoſitâ diſcernantur, facilè cum* ل *Lam, finali, confundi poſſet, quàm confuſionē, ut effugerent, antiquio-*

antiquiores Arabes,in ſinum ejus,aliam,ſed minorem illius literæ figuram,de quâ primò egimus,quæq́; in principio, & medio ſcribitur, ﺴ *, impoſuerunt. Id quod,ab Arabibus, maximè Aſiaticis, in hodiernum uſq́; diem obſervatum fuit, licet recentiores,figuram illam* ـﻠ *mutarint,(ita tamen,ut antiquæ adhuc figuræ, retineat veſtigia,) in eam quam nos inſeruimus.*

PERMUTATIO; *an hæc litera,mutetur aliquando,in aliam, nondum compertum habemus,ſed uſus,hoc facilè,ſtudioſis,ſuggeret.* 10.

VIGESIMUM TERTIUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt ل *Lam, Cujus* figura *eadem eſt, quæ fuit primi elementi,hujus Alphabeti,ſolâ longitudine, & caudæ, ſiniſtram ſurſum ductæ,magnitudine,differt,ceu conſideranti,facilè patet.* XXIII. Litera Lam. 1.

NOMEN; *hujus elementi,eſt* لام *Lam, vel cum Avicennâ, addito articulo,* اللام *Allam.* 2.

ORIGO; *Figuræ,eſt,ex primi Alphabeti Arabici,figurâ,productâ ſaltem caudâ longiùs,ad ſiniſtram ſurſùm. Nominis, eſt à radice* لام *, quæ inter alia multa, etiam ſignificat, cogere, congregare; Quia in pronunciatione hujus literæ,labia coguntur,congregantur, ſeu conjunguntur.* 3.

SIGNIFICATIO; *hujus elementi,ex modò dictis,jam conſtat.* 4.

POTESTAS; *valet,aliarum linguarum ferè omnium, L.* 5.

ORDO; *hodiè,Arabibus,hoc elementum,ordine,eſt vigeſimum tertium;olim fuit duodecimum.* 6.

DISCRIMEN; *diſcernitur, à primâ Alphabeti Arabici figurâ, nomine,longitudine, & caudæ magnitudine,ut aliquoties, jam dictum eſt: A reliquis verò, omnibus literis,totâ ſuâ figurâ,ductu,vel poſitu.* 7.

NUMERUS; ل *Lam, numero, ſunt quatuor, quæ mox enumerabuntur.* 8.

DIVISIO; *benè* ل *Lam, dividitur, in quinq́;. Quorum unum, figurâ,planè idem* ـﻞ *, cum primo Alphabeti elemento,* ا *In principio ſcribitur, unum,* ﻟ *duo quaſi crura habens, ut cum præcedentibus, & ſequentibus literis, eò meliùs, conjungi poſſit; in medio tantùm* ـﻠـ*. Reliqua tria,* ل ﻝ ﻞ*, in fine ſaltem, ſcribuntur.* 9.

PERMU-

10. PERMUTATIO; *an hæc litera, in vicinas, quas Latini liquidas, vocant, aliquando mutetur, uſus monſtrabit.*

XXIV. Litera Mim. *VIGESIMUM QUARTUM, Alphabeti Arabici, elementum eſt,* م *Mim. Cujus* figura, *eadem, ſed inverſa, & caudâ,*
1. *non in obliquum, ſed magis in rectum, ductâ, eſſe videtur, quæ fuit, elementi viceſimi, & viceſimi primi, ablatis punctis.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* ميم *Mim, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الميم *Almim.*

3. ORIGO; *Figuræ, eſt ex viceſimi, & viceſimi primi, elementorum, figurâ inverſâ, ablatis punctis, ceu diximus. Nominis, eſſe poteſt, à* مام*, vel* موم*, Id eſt: Febris. Quòd hujus literæ ſonum, edant ægri nonnulli, in rigoribus febrium.*

4. SIGNIFICATIO; *igitur, hujus elementi, jam patet.*

5. POTESTAS; *valet, aliarum linguarum M.*

6. ORDO; *recentioribus Arabibus, hoc elementum, ordine, eſt viceſimum quartum; antiquis, fuit decimum tertium.*

7. DISCRIMEN; *Diſcernitur, ab omnibus aliis, Alphabeti Arabici, literis, nomine, & totâ ſuâ figurâ, etiam ab illis, à quibus originem duxit, poſitu, quòd inverſa ſit.*

8. NUMERUS; م *Mim, numero ſunt ſeptẽ, ceu mox explicabitur.*

9. DIVISIO; *Rectè* م *Mim, dividitur in ſeptem. Quorum unum* ـم *, In principio, duo* ـمـ ـمـ *in medio, & reliqua quatuor,* م م م م *in fine ſcribuntur.*

10. PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera interdum in* ن *Nun, & ſi quæ aliæ ſunt ejus mutationes, uſu, facilè, ſtudioſus, deprehendet.*

XXV. LiteraNun. *VIGESIMUM QUINTUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt* ن *Nun. Cujus* figura *eadem eſt, quæ fuit ſecundo e-*
1. *lemento, eo ſolùm excepto, ut ſupra etiam monuimus, quòd, cornua & baſin, hæc non, ut illa, verſus centrum, compreſſa habeat, ſed magis, non tamen exquiſitè, circuli rotunditatem imitetur, punctumq́, primum eſſentiale, non ſuppoſitum, ſed ſuprapoſitum, gerat.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* نون *Nun, vel cum Avicennâ, addito articulo* النون *Annun.*

ORI- F 2

ORIGO; *Figuræ, eadem eſt, quæ fuit figuræ, ſecundi elementi. Nominis, eſt nomen proprium fontis, juxta Salim, de quo Iohan. 3. verſ. 23. ubi reliqui textus omnes, etiam Græci, ex* عين نون *Ain Nun, Id eſt: fonte Nun, ſuum fecerunt,* Αἰνὼν, *ut fuſiùs, in jam dicto loco Iohannis vidimus. Neq́ injuriâ, hæc litera, cum fonte confertur, tàm ratione figuræ ſuæ, quàm ſoni, qui adeò obtuſus eſt, ac ſi in profundo, ſonaret.* 3.

Αἰνὼν Johanni, tertio, unde factum ſit.

SIGNIFICATIO; *itaq́ hujus elementi jam patet.* 4.

POTESTAS; *valet aliarum linguarum N.* 5.

ORDO; *Poſterioribus Arabibus, hæc litera, ordine, eſt vigeſima quinta; prioribus, ſive antiquis, fuit decima quarta.* 6.

DISCRIMEN; *diſcernitur, à ſibi ſimilibus, nomine, ac puncto primo eſſentiali, ſuprapoſito, & cornu utroq́, atq́ baſi, non admodum centrum verſùs, compreſſis, ut in figurâ ſecundâ, tertiâ, & quartâ, Alphabeti dictum eſt. Ab ultimi, verò, elementi, figurâ, præter alia diſcernitur, ſecundo puncto eſſentiali, ſubjecto. A cæteris omnibus, Alphabeti Arabici, literis, facilè, totâ ſuâ figurâ, diſcernitur.* 7.

NUMERUS; ن *Nun, ſunt ſeptem, quæ mox enumerabũtur.* 8.

DIVISIO; *Non malè,* ن *Nun dividitur in octo, quorum tria, hæc;* ـنـ نـ *In principio, unum* ـنـ *in medio, reliqua quatuor* ن ـن ن ـن *in fine, ſcribuntur.* 9.

PERMUTATIO; *mutatur interdum, hæc litera in* م *Mim, fortè & in alias, quâ de re, uſu ſtudioſi, certiores fient.* 10.

VIGESIMUM SEXTUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt ه *Ha. Cujus* figura *ex viceſimi elementi, figurâ, facta eſſe videtur, addito, ab inferiori parte capitis, ſemicirculo quaſi, & caudâ dextram verſùs inflexâ. Reliquas figuras, ſtudioſi, facilè examinabunt, quantum, & qualiter, ab hac differant. Nulla autem, inter omnes literas, Arabibus, uſitatas, tot, & tàm variis, pingitur, figuris, quàm hæc. De magis uſitatis, tamen infrà, in diviſione agemus. Imò, ſi ſtudioſo aliqua præter has, quas hactenus tradidimus figuras, occurrat, rarò aliam, quàm hujus, eſſe literæ, uſu experietur.* XXVI. Litera Ha. 1.

Cujus literæ Arabicæ figuræ maximè variet.

NOMEN; *hujus elementi, eſt* هي*, vel cum Avicennâ, addito articulo;* الهي *Alhai.* 2.

ORIGO; *Figuræ, eſt, ex figurâ, elementi viceſimi, ceu dictum eſt.* 3.

eſt. *Nominis, eſt, à voce,* ها *Ha, Id eſt: Illa, Item Ecce.*

4. SIGNIFICATIO; *ergo hujus elementi, jam innotuit.*

5. POTESTAS; *valet H, ſimplex, ſive aſpirationem lenem.*

6. ORDO; *hodiè Arabibus, ordine, hoc elementum, eſt viceſimum ſextum, olim fuit quintum.*

7. DISCRIMEN; *Diſcernitur, à viceſimo, & viceſimo primo, necnon, ſequenti elemento, nomine, & ſemicirculo, ab inferiori parte, capitis, addito, & caudâ dextram versùs inflexâ, à prioribus item duobus, quòd omni omninò puncto, careat. A reliquis omnibus, Alphabeti, literis, totâ ſuâ figurâ, differt.*

8. NUMERUS; ه *Ha, poſſent quatuordecim, vel etiam plures dici, quorum tamen, uſitatiſſima ſaltem, &, quorum typi, nobis contigerunt, in ſequenti mox, diviſione, proponemus.*

9. DIVISIO; *Dividuntur,* ه *Ha, in plures, quorum nonnulla, in principio, & poſt illigabiles in medio, ut* ﻫ ﻫ ﻫ. *Quædam in medio tantum, ut* ﻬ ﻬ ﻬ. *Reliqua,* ﻪ ﻪ ﻪ ﻪ ﻪ ﻪ ﻪ ﻪ ه *in fine ſolùm, ſcribuntur. Harum autem aliquæ, ſecundum punctum eſſentiale, ex ſuperiori parte in nominibus, ſuſcipiunt, quibus indicatur, genus fœmininum, exceptis nominibus cardinalibus, quorum maſculina, in hanc literam deſinunt, tuncq́ ſonant, ut litera,* ت *Ta, in quam etiam, cum affixis, tranſeunt.*

NOTA. Indicium generis fœminini apud Arabes. Exceptio.

10. PERMUTATIO; *mutatur hæc litera, frequenter, in aſpirationem mediocrem,* ح *Hha: Item in* ت, *ut modò dictum eſt. Reliquas ejus mutationes, uſus docebit.*

XXVII. Litera Vau.

1. *VIGESIMUM SEPTIMUM, Alphabeti Arabici, elementum, eſt,* و *Vau, cujus* figura *eadem eſt, quæ, elementi viceſimi primi, ſolo eo excepto, quòd omni omninò puncto, careat.*

2. NOMEN; *hujus elementi, eſt* واو *Vau, vel cum Avicennâ, addito articulo,* الواو *Alvau.*

3. ORIGO; *Figuræ, eadem eſt, quæ fuit figuræ, Elementi viceſimi, & viceſimi primi, exceptis punctis. Nominis, eſſe poteſt, radix* ودي, *quæ in Grammaticis, in ſeptimâ Claſſe, verborum debilium, ſeu languidorum, explicatur, cujus tamen ſignificata, invenire nondum potuimus. Suſpicor quidem, debilitare, ſupprimere, vel ſimile quid, ſignificare. Quæ, ſono hujus literæ, optime convenirent. Sed hac*

hac in parte, nihil adhuc certi, affirmo, donec tempore, certiores reddamur.

SIGNIFICATIO; *de hac, noſtram jam diximus opinionem.* 4.

POTESTAS; *valet V, Italorum ante I, vel Germanorum, Anglorum, aliorumq́ populorum* W. *Eſtq́ ſecunda litera; quieſcentium. De cujus duplici quiete, in elemento XII. tertiæ Claſſis, ſive, in primo puncto ſervili, agemus.* 5. Secunda litera quieſcentium.

ORDO; *Recentioribus Arabibus, hoc elementum, ordine, eſt vigeſimum ſeptimum, Antiquioribus, fuit ſextum.* 6.

DISCRIMEN; *Diſcernitur ab elemento vigeſimo, & vigeſimo primo, nomine, & punctis eſſentialibus. A reliquis omnibus, facilè, totâ ſuâ figurâ, diſcernitur.* 7.

NUMERUS; و *Vau, duo ſunt, quæ mox enumerabuntur.* 8.

DIVISIO; *Rectè,* و *Vau, in duo, dividitur, quorum alterum* و*, in principio, & fine, nec non medio, poſt illigabiles, alterum* ـو *in medio & fine ſcribitur.* 9.

PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera, frequenter in* ا *Aliph, &* ى *Ia, Item in* ف *Pha, ut ſupra jam diximus. An verò, etiam in alias aliquas mutetur, uſus monſtrabit.* 10.

VIGESIMUM OCTAVUM, ſeu ultimum, Alphabeti Arabici, elementum, eſt ى *Ia. Cujus* figura *facta eſt, ex ſecundi elementi, Alphabeti Arabici, figurâ, ablato cornu ſiniſtro, & addito eo, ad dextrum, ſurſum, dextram verſus. Tandem ſubjecto, ſecundo puncto eſſentiali. Variis autem figuris, in principio, medio, & fine, hæc litera ſcribitur, ſed de his, partim ſupra, in ſecundi elementi tractatione, egimus, partim paulò poſt, in diviſione hujus, agemus.* XXVIII 1. Litera Ia.

NOMEN; *hujus elementi eſt* يآ *Ia, vel cum Avicennâ, addito articulo;* اليآ *Aliiai.* 2.

ORIGO; *Figuræ, eſt, ex ſecundi elementi figurâ, ſuppoſito, ſecundo puncto eſſentiali. Nominis, eſt particula vocandi* يا *Id eſt: ô. Quòd hujus elementi ſono, Arabes, in vocando utantur.* 3.

SIGNIFICATIO; *itaq́ hujus elementi jam conſtat.* 4.

POTESTAS; *valet, aliarum linguarum i, ante a, ut Jaceo, Jacob, vel e, ut jecit, Jeſus. Eſtq́ tertia litera, quieſcentium. De cujus* 5. Tertia litera quieſcentium.

cujus duplici quiete, etiam ـ in primo puncto ſervili, dicetur.

6\. ORDO; *hodiè Arabibus, hoc elementum, ordine, eſt vigeſimum octavum, ſive ultimum, olim, fuit decimum.*

7\. DISCRIMEN; *diſcernitur à ſecundo, tertio, quarto, & vigeſimo quinto, Alphabeti Arabici, elemento, nomine, & cornu dextro, ac puncto ſecundo eſſentiali ſubjecto. A reliquis, verò, omnibus, facilè, totâ ſua figurâ, diſcernitur.*

8\. NUMERUS; ي *Ia, ſex numerari poſſunt, quæ mox enumerabuntur.*

9\. DIVISIO; ي *Ia, benè in ſex dividitur, quorum tria* يـ ـيـ *In principio, unum* ـيـ *in medio, & duo* ي ـي *in fine ſcribuntur. Quorū ultimum, aliquando, ob loci anguſtiam, aliquando ob ſcripturæ elegantiam, ad contrarias, ſub dictione partes, in rectam lineam, caudæ ſuæ, curvitatem explicat, ut in his dictionibus,* ـي فـي شـي حتـي التي *علـي الـي & cæteris patet, quæ aliàs, ita ſcriberentur,*

نى فى التي شي حتي على الي ·

10\. PERMUTATIO; *Mutatur hæc litera, ſæpiſſimè in* ا *Aliph,* و *Vau. An autem, & in alias, mutetur, uſus facilè docebit.*

EX Particulari, itaq; hujus primæ Claſſis, elementorum, tractatione, ſtudioſi, animadvertunt, omnes, Alphabeti Arabici, literarum, figuras, ad quatuor primarias, tanquam matres, unde reliquæ omnes oriantur, reduci poſſe, quorum hîc, quamlibet, cum ſuis, quaſi filiabus, ſtudioſis ob oculos, ponemus, ut in his deſcribendis, & ruminandis, ſeſe primùm exercere queant. Sunt verò hæ:

Omnes literarum Arabicarum figuræ ad quatuor reduci poſſūt. Exercitium ſcriptionis.

ا ب ح ں

ا ر ز ط ظ ل

ب ت ث ں س ش ص ض ك ن ي

ج ح خ ع غ

و ف ق م ه

PORRO, ex Origine nominum, & ſignificationibus, horū elementorū, quàm facilè eſſet, innumera, & ingētia, extorquere, myſteria. (Cū tamen, Romani, aliiq; plures, dicant, nomina literarū, Arabicarum, nihil, quod myſticum ſit, continere.) Ne autem Æthiopes inſolentiſſimi, nimiùm glorientur, de Cabalâ, ſui Alphabeti, de quâ alibi, pluribus agemus, paucis, ex noſtrâ, cujusvis literæ denominatione,

An nomina literarū Arabicarum nihil myſtici contineant.

tione,contextum aliquem, ſtudioſis, proponemus. Ex Noſtrâ, dico, denominatione. Arabes enim,his noſtris conatibus incitati, proculdubio, hæc exquiſitiùs,penſitabunt, hisq́ longè meliora, ſuo tempore,ſuppeditabunt. Ordine ergò,hæ,ſunt literarum Alphabeti Arabici,denominationes, quas literæ majuſculæ indicant, reliqua, quæ minuſculis exhibentur, explicationis, & continuationis, quaſi gratiâ,adjecta ſunt.

I. أَبْزُ *CONIUNGENDUS, DEUS Jehova ab æterno, ratione eſſentiæ ſuæ, quâ bonus eſt, non potuit ſe non communicare,cum omne bonum, ſit communicativum ſui, quâ proprietate, id,quod deſtituitur,bonum non eſt. Jdeoq́* Contextus ex denominatione literarum Arabicarum.

II. بَ *INIIT, ſcilicet rationem, communicandi ſe, ſibi æquali,& abſolutè ſimili. Cujus reſpectu, communicans, jam Patris, rectè obtinuit naturam,& nomen, cui verò, hic ſe communicavit, non injuriâ, filii ſuſcepit naturam, & nomen. Unde is etiam* أَلْكَلِمَةُ *λόγος, ſeu verbum, (quod re ipsâ nihil differt ab animi conceptu, cujus eſt index,) rectè dicitur. Hi æquales, eſſentiâ, æquè Omnipotentes, unusq́ DEVS, ex ſe, amorem ſubſtantialem, per omnia ſibi ſimilem, æqualis eſſentiæ, ac potentiæ, Spiritum Sanctum, Lumen de lumine ſuo,*

III. تَ *PRODUXIT, ut ita, Sancta, & Jndividua Trinitas, DEUS unus, Ens entium perfectiſſimum, & æternum, tribus his literis primis, menti humanæ inſinuaretur. Ne autem quis, hanc perſonarum diſtinctionem, in tempore cœpiſſe, falsò exiſtimet. En quarta hujus Alphabeti litera, dicit.*

IV. ثَ *MANSIT, id eſt, unus verus DEVS, communicans, communicatus, & quaſi productus, (ita mortalitas hæc noſtra, in imperfectione iſtâ, loqui cogitur) manſit, ab æterno unicus, omnipotens, &c. donec, ex abſolutiſſimâ, & ſanctiſſimâ voluntate, ac poteſtate, viſibilem hunc mundum, ex nihilo, per communicatum, ex ſe verbum, crearet, tempusq́, hoc eſt, motus, ſecundum prius & poſterius, inciperet. Cui, opere abſoluto, (quoniam ipſe, nullius erat indigus,) præfecit, ultimò, à ſe ad imaginem ſuam, creatum hominem, huicq́* Tempus quando cœpit.

Digitized by Google

huicq́ propoſuit in orbe terreno, ſeu ſublunari tanquam in,

Homo ad æternam vitam conditus fuit.

V. جيم PAROPSIDE, omnia, quibuscunq́ indigere poſſet, tàm ad neceſſitatem, quàm ad hilaritatem, ad æternam, in quam, conditus erat,

VI. حا VITAM. Sed ille, non cõtentus, eſſe imaginẽ DEI, Ipſe DEUS, (proh horrendum!,) vel, ſi quid, hoc ſuperius, & majus cogitari potuiſſet, inſolentiſſimâ impietate, eſſe volebat. Quo impio, & nunquam ſatis deteſtando delicto,

VII. خا EVACUABAT, omnem ſuam

VIII. دال PRÆEMINENTIAM,

IX. ذال IGNOMINIA, quam, niſi DEUS, delere poterit nemo,

X. را CONSILIUM ex Diaboli, ſerpentis antiquiſſimi ſuaſu,

XI. زاين VENUSTUM, ut ipſi videbatur,

XII. سين INSTITUENDO, in colloquio illo mutuo. Verùm, hac ſuâ Impietate, inſigniter

XIII. شين DETURPABATUR, in omnibus ſuis facultatibus, tàm animalibus, quàm corporeis.

XIV. صاد VENANDO, ſuperbiâ, & auſis plus quàm Giganteis,

XV. ضاد CONTRARIETATEM, adverſus DEUM Creatorem, & conſervatorem ſuum, ejusq́ mandatum & voluntatem,

XVI. طا CONSENSU, cum diabolo, hujus, fidem adhibẽs, mendaciis, & DEI ſui, rejiciens veritatem. Unde

XVII. ظا LUX, Jubar, ſeu Claritas omnis

XVIII. عين OCULORUM, tàm corporis quàm animæ.

XIX. غين OBSCURABATUR, adeò, ut ad omne bonum inpoſterum inſtar talpæ, etiam ad medium Solem, cæcutiret.

XX. فا OS, id eſt, Laus DEI, & colloquium cum hoc, ac

XXI. قاف CERVIX, per quam omnia, (quòd hac, cuncta ferè

ferè onera, ferant animalia,) reliqua, totius corporis, ſubintelliguntur membra.

XXII. ڪل *CESSABAT, ſive abſtinebat, à faciendo officio, ita enim debilis & depravata, hoc lapſu, nunquam ſatis deteſtando, fuerat.*

XXIII. لز *COGEBATUR autem homo, ſeu genus humanum, ad implorandam gratiam, ac miſericordiam divinam.*

XXIV, حمى *FEBRI, Id eſt, Languoribus, ærumnis, ac miſeriis. Donec admirandum Juſtitiæ, & miſericordiæ divinæ temperamentum, ei proponeret, hujus ſui lapſus, omniumq́; delictorum mundificationem, ſeu ablutionem, in fonte*

XXV. نون *NUN, in quo Johannes baptizabat, juxta Salim, Joh. 3. verſ. 23. Hunc fontem, non malè quis diceret, cum Divo Auguſtino, juxta Salim, ab uno, è militibus, lanceâ, in latere dextro Salvatoris noſtri in cruce pendentis, effoſſum eſſe. Ex illo enim, effluens aqua, per baptiſmum, & ſanguis, in cœnâ ſacratiſſimâ, exhibitus, cum corpore, emundat nos ab omnibus peccatis, & liberat nos, ab omnibus miſeriis, & calamitatibus.* Fons propè Salim.

XXVI. ها *ECCE, Illa tanta.*

XXVII. ذو *DEBILITAS, ac miſeria generis humani, (aut, ſi quid aliud, radicem* دوى *ſignificare, ſuo tempore, nobis innotuerit. Quamvis, non ſolùm, ob debilem & languidum ejus ſonum, ſed &, quòd literæ, eam conſtituentes omnes, languidæ, vel debiles ſint, non injuriâ ita à nobis reddatur.)*

XXVIII. ذي *O, quàm mirando modo, ſublata, totumq́; genus humanum, DEO creatori ſuo, reconciliatum eſt.*

HINC ſtudioſi, nemine etiam monente, facilè animadvertunt, an non, integra volumina, de ſolis nominibus, literarum Alphabeti Arabici, confici queant. Sed longè adhuc plura, de ordine, figurâ, aliisq́; accidentibus conſcribi poſſent. Verùm nos, illa, Cabaliſtis, otioſis vanitatum ſcrutatoribus, qui nihil, niſi myſterium, ſemper crepant, relicta volumus. Nam, eorum myſteria, unà cum maledictâ Magiâ, cujus eſſentia eſt Cabala, dudum, ad ultima remiſimus. Magiæ eſſentia Cabala.

Magiæ, cur aliquid dari poſſit temporis.
Verus effectus Magiæ.

mus. Licet aliquando & nos, in impiis, & periculoſis iſtis nugis, non parvam adhibuerimus diligentiam, ut nobis, per illam innoteſceret, an aliquid, in illis contineretur veritatis, vel utilitatis, & ut de illorum authoribus, ac ſtudioſis, eò melius judicare poſſemus. Verùm, diabolicam invenimus falſitatem, animarumq; periculoſiſſimam illuſionem.

ABSOLUTA nunc, Elementorum linguæ Arabicæ, primæ Claſſis, tractatione, etiam ſingulari, ad reliquas Claſſes, properabimus. Et quia, (ut ſuprà jam monuimus,) ſingularis tractatio elementorum, ſecundæ Claſſis, ad Arithmeticam potiùs, quàm Grammaticam pertinet, ideò, eò, eam remiſſam volumus.

Tractatio ſecundæ claſſis elementorum Arabicorũ, quò pertineat.
Ratio numerandi Arabum.

UNICUM hoc, ſtudioſis, hîc addemus, eandem planè, numerandi rationem, recentiorum Arabum eſſe, quæ Latinis, Germanis, aliisq; in Europâ, populis, in tradendâ Arithmeticâ, familiaris eſt. Exempli gratiâ, ſicut hi, quando decem exprimere volunt, numeris, unitati, dextram verſùs, addunt cyphram, vel circulum parvum, aut literam o, vel Græcorum, ὁ μικρὸν, 10. Ita illi, hujus loco punctum addunt unicum, quo, (ut etiam ſuprà jam monuimus,) loco cyphræ utuntur. Cyphra verò, aliarum gentium, Arabibus, quinarium conſtituit, numerum, ceu ex Schemate patet.

QUAMVIS Romani, in indice Avicennæ loco hujus utantur hac figurâ, ٥, & cyphram non raro pro puncto ponant, non ſine legentis impedimento.

ITAQ; ſi Arabes, centum exprimere velint, geminant hoc punctum, ١٠٠ ſi mille, triplicant, ut & aliæ gentes, ſuam cyphram. Idem etiam, de numeris eſto judicium. Præſens enim hic annus, poſt Salvatoris noſtri, in carne humanâ nativitatem, ab aliis ita ſcribitur 1608. *Ab Arabibus autem, ſic,* ١٦٠٨.

Nota.

UBI, Hoc unum, inſuper, notent ſtudioſi, ne ut in aliis linguis ſit, pũcto illo, adeò liberaliter, vel ornatꝰ, vel diſtinctiõis, gratiâ, utãtur, cũ in numeris, inde, ingentes oriri poſſint, in hac linguâ, confuſiones.

Quis modꝰ ſcribendi ſit antiquiſſimus.

FACILE etiam, ex his, quilibet animadvertit, modum ſcribendi Arabum, Hebræorum, Syrorum, Perſarum, &c. eſſe antiquiſſimũ, & quaſi naturalẽ, à dextrâ, ſiniſtrã verſùs, motum primi mobilis, ab oriente in occidẽtem, imitãdo, cùm omnes, ferè, nationes ſub ſole; quæ

Digitized by Google

quæ characteribus numerorum utuntur,ſemper, à dextrâ ſiniſtram versùs, numeri valorem intendant, neceſſarioq̨ ita ſcribere, deberent.Sed iſta aliò pertinent.

NOMINA numeralia,Cardinalia,& ordinalia,in libro ſequenti proponentur.

QVIA verò,ratio numerandi, apud Arabes, mediocri judicio prædito,eſt facilima. Ratio numerandi Arabum facilima.

IDEOQ;,plura nunc non addemus,ſed ad Tertiam Elementorum linguæ Arabicæ Claſſem, quæ puncta continet, accedimus. In illâ autem,quantum fieri poterit,brevitati ſtudebimus. Tertia Claſſis elementorum linguæ Arabicæ.

QVOD,ut fieri poſſit,ſaltem in punctis vocalibus,& Servilib⁹ ſingulis,decẽ illa accidentia,ſeorſim explicabim⁹. ESSENTIALIA *enim puncta,neq̨* nomen, *neq̨* Significationem, *vel* Poteſtatem, numerum,diviſionem,*aut* permutationem *patiuntur,* Figura *ipſorum, quoq̨ vix datur, cum ex principio figuræ,id eſt, puncto conſtent, indeq̨ originem,habeant.* Ordinem, *obſervant,ſolùm naturalem, quo ſimplex, ſemper,præcedit compoſitum.* Diſcrimen,*etiam,aliud dari, vix poteſt, niſi reſpectu alterius, & ita,* primum; *eſt ſimplex punctum,quod unitati additum,aliarum linguarum cyphræ, officio fungitur, Literis verò,vel ſupra,vel ſub, vel impoſitum, diſcrimina earum efficit,ne confundantur, Vt ex antea dictis jam patet.* Secundum,*eſt compoſitum, ex duobus primis,vel eſt,primum geminatum, juxtà,mutuò poſitum. Qvamvis interdum, unum,ſupra aliud,poſitum inveniatur,hoc modo:* Tertium,*eſt itidem ex tribus primis compoſitum, vel eſt primum triplicatum ‿, Trianguli modo poſitum ∴ Hoc, ſi infra literam ponatur, apicem deorſum versùs, emittit, hoc modo ∵ tunc,literam illam, cui ſupponitur, fortificat ſive geminat, idq̨ maximè apud Aſiaticos fit,ut ex* ب *B, faciunt* پ *P, ex* ج *G Italico ante i,* ج *G, illud forte,ſeu geminatum, Interdum,etiam ſupra literam ponitur,licet rariùs,quæ aliàs,ſimplici puncto utitur,ut ex* خ *Ch,fit,* خ *Chch.* Puncta eſſentialia. I. II. III. Nota.

HVIVS verò officii reſpectu,hoc punctum,non injuriâ,etiam ſervile,dici poſſet, quod tamen, quia neminem hactenus feciſſe videmus,neq̨ nos,facere voluimus,ſed,hoc ejus officium,ſtudioſis, hîc annotare placuit. Tertiũ punctum eſſentiale quomodo poſſit ſervile dici.

IN

IN quo verò, à ſigno ‑ *Atteſchdidu differat, infrà in diſcrimine, puncti decimitertii, à nobis dicetur. Neq; nos latet, Paulū Turcam, inter Arabes, huncuſū, hujus puncti, ſaltē, in dictione* پيغمبر *Peighamber, Id eſt: Propheta, admittere, verùm hoc, uſus docebit.*

Nota. Cur primū & ſecundū punctum eſſentiale, in manuſcriptis ſæpè omittantur.

HIC, notent ſtudioſi in manuſcriptis exemplaribus, Aſiaticis & Africanis, primum, & ſecundum punctum, eſſentiale, frequētiſſimè omitti, partim *librariorum ob negligentiam, & feſtinationem,* partim *quòd, nō niſi doctis Arabibus, illi codices, ſcribantur, qui ex contextu, & ſcientiâ rei, de quâ tunc agitur, facilè animo, illa puncta apponere poſſunt. Quod in antecedentibus jam, etiam monuimus.*

Difficultas transferēdi ſcripta Arabum.

HÆC res, ut quilibet, ipſo uſu videbit, maximè tyroni Europæo, hujus linguæ, magnam infert, in alias linguas, traducendi, ſcripta Arabum, difficultatem.

Quàm iniqui ſint, qui interpretib⁹ Arabum, non debitas reddāt gratias, aut horū vitia ipſis authoribus Arabibus imputent.

UNDE ille, ſceleratiſſimi, ac ingratiſſimi ingenii homo, ſit neceſſe eſt, qui iis, qui hactenus, Arabum doctiſſima ſcripta, in multis maximè neceſſariis, ſcientiis ac artibus, nobis, Latinâ linguâ, *communicarunt, debitas non habeat, reddatq; gratias, etiamſi in paucis, effectus, illorum conatibus, reſponderit, mireq; ſcripta iſta depravata fuerint, propter hanc, aliaſq; longè plures, operis hujus, difficultates.*

ILLIS verò, qui vitia illa, Interpretū, (quæ ut corrigerentur, omnes ingenuè doctos, pro cujuslibet tamen profeſſione, & viribus nullum non lapidem, movere dudum oportuiſſet,) illis authoribus, Arabibus, elegantiſſimis, ac exquiſitiſſimis, malitioſè, ſcurrarumq; in morem, cum ſcientiarum ac artium illarum, ſummâ contumeliâ, falsò imputare conati ſunt, Illis inquam, nihil unquam quicquam, Sol, vidit injuſtius. Quâ de re, fortè in Proœmio Avicennæ, fuſiùs à nobis agetur.

Puncta vocalia.

HÆCQUE paucis, de tribus punctis eſſentialibus, ſufficiant. Nunc ad VOCALIA, *accedemus, quorum tria. IV. V. & X. verè talia ſunt, illaq; ſimplicia, dicunturq; Arabibus,* حَرَكَاتٌ *Hharekatun, Id eſt:* Motiones, *quòd, horum ſono, ſeu voce, literæ conſonantes, moveantur, ac interdum quidem,* homogeneæ, *cum videlicet*

Motiones. Homogeneæ.

licet, Alphathhu prima litera Alphabeti ا *Aliph, ſupraponitur, & Dshammu, literæ vigeſimæ ſeptimæ,* و *Vau; Alkeſru verò ultimæ literæ Alphabeti* ى *Ia, ſupponitur. Dum verò, aliis literis apponuntur, dicuntur* non homogeneæ. Non homogeneæ.

EX his, totidem fiunt, puncta compoſita, VI. VII. & IX. quæ, quia in pronunciatione, ſuſcipiunt, literam ن *Nun, dicuntur à Grammaticis* نُوِّن *Nuvine. Id eſt: affici literâ Nun, vel ſuſcipere literā Nun, verbo formato, à nomine, literæ vigeſimæ quintæ, Alphabeti Arabici. Ex quo verbo, deinde fit, nomen verbale,* تنوين Tanvin, *Id eſt: ſuſceptio literæ* ن *Nun, quod præponitur, horum punctorum nominibus ſimplicibus, dum compoſita, nominari debent.* Tanvin.

DE his autem omnibus, fuſiùs agetur, in ſpeciali cujusvis tractatione, uti etiam, de puncto, VIII. & IX. Ubi quoq; rationem reddemus, cur, nos, ea, inter puncta vocalia, repoſuerimus.

QVARTUM itaq; tertiæ Claſſis, elementorum linguæ Arabicæ, eſt, punctum, ſeu motio, أَلْفَتْحُ *Alphathhu, vel* فَتْحٌ *Phathhatun. Cujus* figura, *Orientalibus Arabibus, eſt, linea deorſum, ſiniſtram versùs, ſupra literam* ـَ *extenſa, quodammodo, accentu acuto Græcorum, ſimilis. Meridionalibus verò Arabibus, eſt eadem linea, jacens ſupra literas* ـَ. IV. Punctum ſeu motio Alphathhu. 1.

NOMEN; *hujus puncti eſt,* أَلْفَتْحُ *Alphathhu, vel abjecto articulo,* فَتْحُ *Phathhu. Ita vocant Grāmatici, dum de verbo agunt, vel dum hoc punctum, cum primis aut mediis, dictionum, literis, ſyllabam conſtituit. Aliàs, dum in ultimis ſyllabis eſt, aut illi, de aliis orationis partibus, agunt, appellant* أَلنَّصْبُ *Annashbu, Id eſt, diviſio. Neq; nobis placet,* Petri *illius* de Alcala, *ruſticas denominationes, hîc repetere, cùm nullus Grammaticorum, illis utatur. Vocat enim, hoc punctum, Minibe.* 2. Alphathhu quando dicatur. Ánnashbu quando dicatur.

ORIGO; *Figuræ, eſt lineola parva, nunc in obliquū erecta, nunc jacens proſtrata. Nominis, primi eſt, à radice* فَتَحَ, *Id eſt: Aperire, reſerare. Quòd, in pronunciatione hujus puncti, labia aperiantur. Secundi, eſt, à radice* نصب, *quæ, inter alia, etiam ſignificat, dividere, partiri.* 3.

SIGNI-

SIGNIFICATIO; *itaq́ hujus puncti, rectè dicitur eſſe Apertio, vel diviſio.*

POTESTAS; *non malè, dixit* Poſtellus, *hoc punctum* ـَ, *per a, Scoticum, ad e, declinans, ambiguo quodam ſono, exprimi poſſe. Quãdo enim, a, clarum ſonet, paulò poſt, & in tractatione puncti ſequentis, VIII. & IX. dicetur.*

QVIA verò, Scotica lingua, pauciſſimis ſtudioſis, nota eſt, meliùs longè, per æ, Latinorum, vero, & antiquo modo, pronunciatæ exprimi poteſt. Vero & antiquo modo, pronunciatæ dico, hodierna enim, æ, pronunciatio, recentior eſt, dum, per e, nudum, diphthongus, æ, effertur, ac ſi, a, planè non adeſſet, cũ tamen, diphthongorũ natura, requirat, duarum vocalium, uno ſono, vim & pronunciationẽ, id quòd, Poëtarum ai, quo ſæpè pro æ, utuntur clarè innuit. Et certè, accuratè conſideranti, omne a, incluſum, habere videtur e, hoc ſaltem, inter ſe, differunt, quòd a, quaſi robuſtius ſit elementum, quàm e.

Omne a, in incluſum habeat, e.

ARABES verò, jure, utramq́ hanc vocalem, per ـَ *Phathhu, exprimunt, quia, utraq́, apertis labiis, profertur. Aliquando tamen, (ceu inferiùs dicetur,) per a, clarum, efferunt.*

A, clarum habent Arabes.

PER, e, verò clarum, vix efferunt, quamvis in fine, pronunciationis, hoc, interdum magis audiatur.

E, clarum vix habent Arabes.

NONNULLI, duas tradunt regulas, quibus docere conantur, quãdo per a, vel e, Phathhu, exprimi debeat: 1. *A ſonare ajunt, cùm ſupra, has, undecim literas, ponitur,* ا ح خ ق غ ع ط ظ ر ص ض, *quibus* Petrus de Alcala, *addit, &,* ج *verùm hoc, cum primâ* ا, *utrelibet modo, ſecundum quoſdam, efferri poteſt. In reliquis verò, Alphabeti literis, e, ſonare dicunt. Idemq́, de puncto ſequente* ـُ, *Dshammu, affirmant, quòd nimirum, illud, ſi jam enumeratis literis ſuperponatur, o ſonet, ſi aliis, u.*

Regula prima.

SED certè, in eo planè errant, ut mox, in tractatione illius, dicemus, ſemper enim, u, valet, licet interdum, magis clarum, interdum, & plerunq́, cum o commixtum. Idem etiam de hoc puncto, veriſſimum eſt. Interdum enim, a, clarum, ſonat, ut plurimum autem, a, cũ e, commixtum, nunquam verò, e, clarum. 2. *Regula, minoris, adhuc eſt, momenti, dicunt enim: In omnibus literis, in quibus, ſui nominis, vocalis, fuerit a, proferri a, ſi e, proferri e.*

Regula ſecunda.

Digitized by Google

HVIVS autem regulæ, vilitas, patet, ex ſuprà jam à nobis dictis. Nam, in nullâ, literæ Arabicæ, denominatione e, ſed ſemper, A, pronunciari debet. Accedit, quòd, in non paucis, neq̃ a, neq̃ e, reperiatur, quæ tamen, frequentiſſimè, Phathhu ſuſcipiunt, ut in ج, *Gſim,* س *Sin,* ش *Schin,* م *Mim;* ن *Nun. In quibus tamen, plerunq̃, dum phathhu effertur, in fine, ejus pronunciationis, e, magis, quàm A, auditur.*

A, verò clarum, valet, dum ſuper literam ponitur, quam Aliph, immediatè ſequitur, vel quando ſupra Aliph, poſito ٭ *Hamzetu, ſubjicitur, ut in hoc exemplo:* مِنْ أَطْرَافِ ٱلسَّمَآ *Minathraphiſſemaai. Id eſt: Ab extremitatibus cæli. Ubi tertia, litera* ا *Aliph, habet phathhu, cum hamzetu ſuprapoſitum. Quintam autem literam* ر *Ra, ſequitur* ا *Aliph, Ideoq̃ per a, clarum, his in locis, legi debet, Phathhu. Verùm, in penultimâ literâ,* م *Mim, non tantùm per a, clarum, ſed & longum, (quod nos duplici, a a; appoſito, indicavimus,) cum annexione i, breviſſimè, in fine pronunciato, exprimi debet, propter, non ſolùm Aliph inſequens, ſed eo ipſo Maddu ſuprapoſito, & levam verſùs, hamzetu, cum Keſru adjecto.* Phathhu quando a. clarum ſonet.

ROMANI *addunt*, a, clarum valere, præcipuè, dum ſuper ultimas, poſita eſt, literas, & ſuper ا Aliph, & ſuper literam, ſigno teſchdidu, gravatam, & locis etiam quibuſdam, *ſcilicet aliis. Sed hæc, apud nos, parùm valent. Multò autem magis, ea obſervent ſtudioſi, quæ ſupra, à nobis hac de re, dicta ſunt.* Phathhu quando Romanis, a, clarum valeat.

NVLLAM enim video rationem, cur locus literarum, vel geminatio, ipſius Phathhu, ſonum, emendare poſſit, ideoq̃ ipſi etiam ſubjungunt, Phathhu ſonum, melius uſu, quàm regulis addiſci.

NOTENT porrò hic, etiam ſtudioſi, quando nos, Latinis literis, dictiones Arabicas, exprimimus, &, e, vident à nobis poſitum, ne e, clarum legant, ſed, a, cum e, miſto quodammodo ſono, ita tamen, ut in fine pronunciationis, magis e, quàm a, audiatur. Nota.

ORDO; *Nobis placuit, inter vocalia puncta, hoc, ut ſimpliciſſimum, quòd ſupra literas ponatur, ordine, primùm ponere.* 6.

DISCRIMEN; *diſcernitur, à ſequente puncto decimo, nomine, & ſolo* 7.

& ſolo loco, ſituve, non autem figurâ. Phathhu enim, ſupra literas, ſaltem collocatur. Keſru verò, infrà tantùm. A reliquis, facilè diſcernitur.

8. NUMERUS; *unicum, numero eſt Phathhu.*

9. DIVISIO; *hujus puncti, nulla eſt, niſi quis, ratione poteſtatis, ſive ſoni, diviſionem inſtituere velit, de quâ paulò ante, in poteſtate, egimus.*

10. PERMUTATIO; *variè hæc puncta, ſæpè in Grãmaticis, mutuò permutantur, quod in ſequentibus, & ipſo uſu, optimè animadvertent, ſtudioſi.*

V. ELEMENTORUM, *linguæ Arabicæ, tertiæ Claſſis,*

Punctũ ſeu motio Dſhdſhammu. *Quintum, eſt, punctum ſeu motio ـُ ٱلضَّمُّ Adshdshammu, vel ضَمَّةٌ Dshamnietun. Cujus* figura, *ferè, eadem eſt, ſed longè minor, quæ eſt literæ penultimæ, ſeu vigeſimæ ſeptimæ, و Vau.*

1\.

2\. NOMEN; *hujus puncti, eſt, ٱلضَّمُّ Adshdshammu, vel abjecto articulo ضَمٌّ Dshdshammu, Id eſt: Collectio. Alio autem nomine, à Grammaticis, etiam dicitur, ٱلرَّفْعُ Arraphau, Id eſt: Elevatio. Quando verò, hoc, vel illo nomine, Grammatici utantur, in puncti præcedentis nomine, jam diximus.*

3\. ORIGO; *Figuræ, eadem eſt, quæ literæ vigeſimæ ſeptimæ, quam, inde repetere poterunt ſtudioſi. Nominis primi, eſt, à radice* ضم*, colligere, contrahere, conſtringere, conjungere, obturare, obſtruere. Quòd in ejus pronunciatione, labia colligantur, contrahantur, &c. Secundi, à radice,* رفع*, Id eſt, elevare, attollere, exàltare, &c.*

4\. SIGNIFICATIO; *Itaq́, hujus puncti, jam patet.*

Dſhdſhammu quando u, clarum valeat. Quandò u, cum o, cõmixtum. O, clarum Arabes non habent. Proverbiũ Turcicum.

POTESTAS; *valet hoc punctum, u, vocalem Latinorum ſemper, Interdum tamen, u, clarum, ſive longum, utpote, cùm ſupra literam و Vau, aut ſupra literam, quam mox ſequatur litera و Vau, quieſcens, ponitur; ſæpiſſimè autem, u, cum, o, commixtum, ferè ut antiquorum Romanorum ou. O verò clarum, nunquam, ne ipſis, quidem Turcis, ſonat. Hi enim in proverbio ſuo,* دَامْلَهْ بَدَامْلَهْ كُولْ أُولُورْ*, quod Arabs ita legeret, Damleh bedamleh Kuul auuluur*

G 3

auuluur ankleh. Ipſi tamen, loco u, ſemper legunt, ou. Eſt autem, hoc proverbium, ad verbum tale, Gutta cum guttâ, lacum facit.

HOC rectè, etiam Paulus Turca notavit, in Regulâ ſuâ nonâ, de colligendis ſyllabis, ſed ipſe tamen, uſu, malè obſervavit.

QUANDO itaq; nos, in exprimendis vocabulis Arabicis, per Nota.
literas Latinas, ſimplici u, utemur, per ſonum miſtum inter o & u, efferri debet, noluimus per o, quia hoc nunquam in fine, pronunciationis, auditur. Quando verò u, clarum, legendum erit, nos duplex u u, propter و *Vau, & Dshdshammu, ponemus.*

ORDO; *hoc punctum, inter vocalia puncta, ſecundum eſſe, voluimus.* 6.

DISCRIMEN; *facilè, à reliquis omnibus punctis, diſcernitur,* 7.
niſi quis, figurâ, ferè cum ſequenti decimo quarto, convenire, dicat. Sed, ſine negotio, ſitu, (quòd hoc, literæ, non ſolùm ſuperponatur, ſed eidem etiam adhæreat,) & capite ſuo, nec non ipſâ caudâ, diſcernitur, ut cuilibet patet.

NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *De his, eadem,* 8. 9. 10.
quæ in puncto præcedente, de iis diximus, notanda ſunt.

SEXTUM, elementorum linguæ Arabicæ, tertiæ Claſſis, eſt VI.
punctum, ex duplici Phathhu, compoſitum ً*, Tanvinulphathhi.* Punctum Tanvinulphathhi.
Cujus figurâ, *planè nihil differt, à figurâ Phathhu, niſi quòd, geminata ſit.* 1.

NOMEN; *hujus puncti, eſt* تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ *Tanvinulphathhi.* 2.

ORIGO; *Figuræ, eſt phathhu, geminatum, juxtà poſitum. Nominis, eſt, ex jam dictis, manifeſta.* 3.

SIGNIFICATIO; *hujus puncti, eſt ſuſceptio, literæ* ن *Nun,* 4.
ad phathhu. Hæc verò litera, addita quòd ſit, ſignificatur per geminationem figuræ, motionis phathhu.

POTESTAS; *eadem eſt, quæ ipſius Phathhu, additâ ſolâ con-* 5.
ſonante ن *Nun. Ponitur autem, hoc punctum, non niſi, ſupra ulti-* Ubi hoc punctū ponatur.
mas nominum literas, nec tamen ſemper, ſed in literis ة *Ta, & ſigno* ء *hamzetu, vel in omnibus, ſi ſequatur in fine dictionis, litera* ا *Aliph, aut* ي *Ia, quieſcens, de quâ ratione, & legibus, fortè plura, in ſequenti libro, dicentur.*

ORDO; *Inter vocalia puncta, tertium eſſe voluimus.* 6.

DISCRI-

7. DISCRIMEN; *à ſequente puncto undecimo, ſolo loco, ſituve, ut & Phathbu, à decimo, à reliquis verò, facilè diſcernitur.*

8. 9. 10. NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *eadem eſt, hujus puncti, quæ fuit, ipſius Phathbu.*

VII. Punctum tanvinudshdshammi. *SEPTIMUM, elementorum linguæ Arabicæ, tertiæ Claſſis, eſt punctum, ex duplici Dshdshammu, compoſitum,* ٌ *Tanvinudshdshammi. Cujus* figura, *eadem eſt, quæ ipſius Dshdshammu,*

1. *geminata, ſed non, ut in Tanvinulphathbu, præcedente, juxta poſita, ſed illâ ſiniſtram verſùs, planè inverſâ, caudâ ſurſum porrectâ, capite deorſum, dextram verſus.*

IN Manuſcriptis Evangeliſtis, ſæpè, ita pictum, ٌ *invenimus, quaſi ex Dshdshammu, & phathbu compoſitum. At librarii fortè, conſuetudine ſaltem.*

2. NOMEN; *hujus puncti, eſt* تَنْوِينُ ٱلضَّمِّ *Tanvinudshdshammi.*

3. ORIGO; *Figuræ, eſt, Dshdshammu, geminatum, ſiniſtro, planè inverſo, ad dextrum, rectè ſituatum, appoſito. Nominis, ex jam dictis, conſtat.*

4. SIGNIFICATIO; *hujus puncti, eſt ſuſceptio literæ* ن *Nun, ad Dshdshammu, cujus rei, index eſt, Dshdshammu inverſum, recto, ſiniſtram verſùs, appoſito.*

5. POTESTAS; *ejus eadem eſt, quæ ipſius Dshdshammu, additâ ſolâ conſonante* ن *Nun. Poteſtq́ hoc punctum, in omnibus, ultimis, nominum literis, locum habere: ſi eis, non ſit præfixus, articulus* ال *Al. Id quod, uſus monſtrabit.*

Ubi hoc punctum locum habeat.

6. ORDO; *Inter vocalia puncta, quartum eſſe voluimus.*

7. DISCRIMEN; *diſcernitur facilè, à reliquis punctis omnibus.*

8. 9. 10. NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *de his, repetant ſtudioſi, illa, quæ in Phathbu, de his diximus.*

VIII. Punctum Meddu. *OCTAVUM, linguæ Arabicæ, elementorum tertiæ Claſſis, eſt punctum,* ٓ *Meddu. Cujus* figura, *eſt linea parva, tenui*

1. *ductu declivi, à dextrâ, ſiniſtram verſùs, mox in corpus, aliquantò craſſius, ſurſum, viciſſim, in tantùm aſcendens, in quantùm, deſcenderat.*

NOMEN; G 4

NOMEN; *hujus puncti, eſt,* المدّ *Almeddu, vel abjecto articulo,* مدّ *Meddu. Item,* مدّةٌ *Meddetun.* 2.

ORIGO; *Figuræ, eſt, ex lineâ parvâ, jam deſcriptâ. Nominis, à radice,* مدد*, vel* مدّ*, Id eſt: Extendere, producere, protrahere.* 3.

SIGNIFICATIO; *itaq; hujus puncti, eſt productio, protractio, extenſio.* 4.

POTESTAS, *hujus puncti, propria, eſt, literas* اوي *Aliph, Vau, Ja, debiles, producere, ſive longas facere. Frequentiùs tamen, ipſi Aliph, ſuperſcribitur. Unde etiam* Romani, *ſolius hujus literæ, proprium hoc punctum, fecerunt. Et* Poſtellus, *illud Phathhu magnum, ſive, a, clarum, vocat.* 5.

PROPORTIONE autem, ſuæ poteſtatis, ferè reſpondet, puncto ſequenti, decimo tertio, vel puncto ſervili ſecundo, quòd reliquarum literarum, quibus imponitur, ſonum geminet, ut paulò poſt dicetur. Quia verò ا *Aliph, propter tenuitatem ſui ſonus, vix capax ſit, illius puncti, ejus loco, hoc punctum Meddu, ſuſcipit, quòd ſonum illius, ſaltem producit, qui, quod, a, vocali Latinorum reſpondeat, ideoq; nos, cum Paulo Turca, hoc punctum, inter vocalia* ـٓ*, repoſuimus.* Cur hoc punctum inter vocalia hic repoſitum ſit.

ORDO; *Inter vocalia puncta, quintum, eſſe voluimus.* 6.

DISCRIMEN; *facilè, nomine, & totâ ſuâ figurâ, à reliquis omnibus punctis, diſcernitur.* 7.

NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *Non eſt, quod hîc, aliud quid, de his, quàm, quæ de Phathhu, de iisdem diximus, in medium proferamus.* 8. 9. 10.

NONUM, elementorum, linguæ Arabicæ tertiæ Claſſis, eſt, punctum, ſive nota ء *Alhemzetu. Cujus* figura, *ex Phathhu figurâ, cui lineola curva, ſive ſemicirculus parvus, ex ſuperiori parte annexus ſit,* ء*, conſtare videtur.* IX. Punctũ Alhemzetu. 1.

NOMEN; *hujus puncti, eſt,* الهمزة *Alhemzetu, vel ſine articulo* همزة *Hemzetu. Quo nomine, etiam prima litera Alphabeti, ſæpè appellatur.* 2.

ORIGO;

3. ORIGO; *Figuræ, jam dicta eſt. Nominis, eſt à radice,* همز, *Pungere, calcari, ſeu fodere.*

4. SIGNIFICATIO; *ergò, hujus puncti, eſt punctio.*

5. POTESTAS; *Idem valet, quod prima litera, Alphabeti Arabici,* ا *Aliph, quam ob cauſam, etiam, nonnulli, pro peculiari literâ Alphabeti, numerarunt, aliqui verò, ſemper primam illam literam, denotare ſtatuerunt. Sed quamvis interdum, hoc punctum, ſit quaſi vicarius ipſius* ا *Aliph, tamen ſæpiſſimè, miniſtrat ſaltem, literis lenibus* ي و ا *Aliph, Vau, Ia, vicemq́ gerit, Calonis, in portandis, earum quietis, & motionum ſignis, illisq́ quodammodo, calcar addit, ſive fortiorem, vel moroſiorem earum ſonum efficit.*

An hoc punctum ſit peculiaris litera Alphabeti, nec ne.

RARIUS etiam reperitur, ſub litera ح *&* ب. *Aliàs, nunc ſuprà, nunc infrà, nunc juxta literas ponitur, prout res poſtulaverit. Hancq́ ob cauſam, nos, in Schemate, hoc punctum, non ſupra, vel infra lineam, ſed in medio ejus, collocavimus. Et, cùm ita poſitum eſt, oſtendit, literam illam, non quieſcere, ſed peculiarem ſyllabam, conſtituere vel inchoare. Unde Aliph, cui frequentiùs adjungitur, tunc dicitur,* قَطْعٌ *Cathaun, Id eſt: ſciſſionis, à radice* قطع*, Id eſt: ſcindere, &c. quòd, dictio, in cujus principio ponitur, à præcedente, quaſi abſcindatur. Quando autem Aliph, hoc puncto deſtituitur, dicitur,* وَصْلٌ *veshlun, Id eſt: conſecutionis. De quâ re, infrà, in tractatione, puncti decimi quarti, agemus.*

Cur hoc punctũ, non ſupra vel infra lineam poſitum ſit.

Aliph ſciſſionis.

Aliph conſecutionis.

6. ORDO; *inter vocalia puncta, ſextum eſſe voluimus.*

7. DISCRIMEN; *ab aliis punctis facilè nomine, & totâ figurâ, diſcernitur. Ab* ا *Aliph verò, ſolâ figurâ, & nomine Aliph, quo nomine, nunquam apellatur. Aliph verò, ſæpiſſimè, ipſius nomine, Hemzetu, indigitatur.*

8. 10. 9. NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *Eadem hîc, de his, dici poſſunt, quæ de ipſis, in Phathhu diximus.*

X. *DECIMUM, linguæ Arabicæ, tertiæ Claſſis elementorum, eſt, punctum, ſeu motio* ـِ *Alkesru. Cujus* figura *illa ipſa eſt, quæ fuit, primi puncti Phathhu, ſub literâ poſita, nunc dextram versùs, in obliqvum, erecta, nunc jacens proſtrata* ـِ *Interdum etiam inverſâ Phathhu figurâ, in manuſcriptis exemplaribus, maximè Evãgeliſtarum,*

Punctum ſeu motio Alkeſru.

1.

liſtarum,ob loci anguſtiam,ita ſcribitur ـٍ, *ſiniſtram verſus* ؛ *in obliquum, erecta.*

NOMEN; *hujus puncti,eſt* اَلْكَسْرُ *Alkeſru , vel abjecto articulo,* كَسْرٌ *Keſru,Id eſt: Fractio. Alio verò etiam nomine, à Grammaticis,dicitur* اَلْجَرُّ *Algerru, Id eſt: Contractio. Quando autem, hoc,vel illo nomine,utantur,ſuprà, in puncto Phathhu,dictum eſt.* 2.

ORIGO; *Figuræ,eadem eſt, quæ figuræ, Phathhu. Nominis,prioris,eſt,radix,* كسر *Id eſt: Frangere, confringere, quòd,labia quaſi frangi videantur,dum pronunciatur,hoc punctum. Poſterioris, verò,eſt radix* جرر *vel* جَرَّ *Id eſt : Attraxit, quòd labia , aliqualiter attrahantur , dum quaſi franguntur,licet non colligantur, ut in Dshdshammu.* 3.

SIGNIFICATIO; *itaq; hujus puncti,eſt fractio,vel Attractio.* 4.

POTESTAS; *valet hoc punctum, i, vocalem Latinorum, ſemper, Interdum tamen, i clarum, ſive longum, ut, dum ſub literâ* ي *Ja, aut ſub literâ,quam ſequitur,mox, litera* ي *Ia, quieſcens, ponitur.* Romani *quidem, addunt etiam,ſi ſub ultimis, dictionum literis, ponatur,quod tamen apud nos,parum habet momenti. Interdum verò, idq; ſæpiſſimè, Latinorum diphthongum ei , ſive ſonum, ex e, & i, miſtum,ita tamen,ut in fine , pronuntiationis , ſemper , magis, ſonus vocalis i, audiatur.* 5. Keſru quando i,clarum valeat.

ORDO; *Inter vocalia puncta , ſeptimum eſſe volumus.* 6.

DISCRIMEN; *hujus, & primi puncti vocalis Phathhu , eſt, in nomine, & ſolo loco,ſituve,non autem,figurâ, ut ibi jam diximus.* 7.

NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *de his , in jam dicto puncto Phathhu, notata repetantur. Niſi quis tria, velit eſſe Keſru,unum,in obliquum,dextram verſùs , erectum, alterum, ſiniſtram verſùs,tertium,proſtratum jacens.* 8. 10. 9.

UNDECIMUM, elementorum, linguæ Arabicæ tertiæ Claſſis , eſt , tertium punctum compoſitum , ex geminato Keſru ـٍ *, Tanvinul Keſri. Cujus* figura *planè eadem eſt , quæ fuit , ipſius Tanvinulphathhi, ſolo loco,poſituve,ab eo,differens.* XI. Punctum Tanvinul Keſri. I.

NOMEN; *hujus puncti,eſt* تَنْوِينُ اَلْكَسْرِ *Tanvinul Keſri.*

ORIGO;

3. ORIGO; *Figuræ; jam dicta eſt. Nominis, etiam, ex antè dictis, jam patet.*

4. SIGNIFICATIO; *hujus puncti, eſt ſuſceptio, literæ,* ن *Nun, ad Keſru, & hanc literā, additam eſſe, indicat gemina figura Keſru.*

5. *Ubi hoc punctum locū habeat* POTESTAS; *ejus, eadem eſt, quæ ipſius Keſru, ſolā conſonante* ن *Nun, additā. Poteſtq́ hoc punctum, in ultimis omnibus nominum literis, locum habere, ſi eis non ſit, præfixus articulus* ال *Al, ceu uſus docebit.*

6. ORDO; *inter vocalia puncta, Octavum eſſe voluimus.*

7. DISCRIMEN; *ab aliis omnibus punctis, facilè, nomine, & figurâ diſcernitur. A puncto, verò ſexto, vel tertio, vocali, ſolo nomine, & loco, ſeu poſitu. Hoc enim punctum, ſemper ſubtus, nunquam ſupra literam, ponitur.*

8. 9. 10. NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *Hæc, in hoc puncto, aliter, conſiderari non poſſunt, quàm in primo puncto vocali, Phathhu, conſideravimus. Eò, itaq́ ſtudioſos, remittimus.*

ABSOLUTIS igitur nunc, punctis etiam vocalibus. Ad

Puncta ſervilia. *puncta* SERVILIA, *accedimus.*

XII. *Punctum Gezmu.* *DUODECIMUM, elementorum, linguæ Arabicæ, tertiæ Claſſis, eſt, primum punctum, ſervile,* ◦ *Gezmu. Cujus* figura, *eſt*

1. *Orbicularis, inſtar circuli parvi, nunc perfecti, qualis eſt* ὀμίκρον *Græcorum; nunc imperfecti, cui aliquid deſit, ad perfectam rotunditatem.*

2. *Gezmu.* NOMEN; *hujus puncti, eſt* أَلْجَزْمُ *Algezmu, Id eſt: Reſectio, & hoc nomine, utuntur Grammatici, ſpeciatim, dum de verbo, agunt. Dum verò, de aliâ, orationis parte loquuntur, vocant* أَلْوَقْفُ

Vacphu. *Alvacphu, Id eſt: Statio, mora. Quidam verò Grammatici, etiam*

Sekunu. سُكُونٌ *Sekunu, Id eſt: Quietem, nominant.*

3. ORIGO; *Figuræ, eſt punctum orbiculare, vel circulus parvus, perfectus, aut imperfectus, ut jam diximus. Nominis primi, eſt radix;* جزم*, Id eſt: decidere, reſecare. Cujus Etymon, notat* حذف*, Id eſt: Apocopē, Syncopē, & Aphæreſin, à verbo* حذف *Id eſt: removere, ſupprimere, omittere, ſubtrahere, negligere, &c, quòd, hoc punctū, indicet,*

indicet, literam, vel motionem, quæ adeſſe debuerat, reſectam, & loco motam, eſſe. Secundi nominis, eſt radix, وقف *Fd eſt: ſtare, conſiſtere, morari. Quòd, literæ, quibus ſuprapoſitum eſt, hoc punctum, ſtent, ſive nō moveantur, vel pronuncientur. Tertii, eſt radix* سكن *quæ inter alia, quieſcere ſignificat, quòd, litera, ſupra quam, ponitur hoc punctum, quieſcere videatur. Et, ex hoc nomine, cujus tamen* Romani, *non meminerunt, hoc punctum,* Quies, *dicitur.*

SIGNIFICATIO, *igitur, hujus puncti, eſt, Reſectio, Statio, ſive Quies, literæ, cui ſupraponitur.* 4.

POTESTAS, *Officium itaq́, hujus puncti, eſt* (Primò,) *indicare, ab illâ literâ, cui ſuperpoſitum eſt, motionem, ſeu punctum vocale, quod adeſſe debebat, reſectum eſſe,* (Secundò,) *eamq́, proprium ſonum retinentem, ad ſyllabam præcedentem, colligi, quæ litera, ſi fuerit, ex tribus literis quieſcentibus,* اوي *Aliph, Vau, Fa,* (Tertiò,) *denotat, eam vocali ſimul, & proprio ſono omninò deſtitutam, ac ſi non adeſſet, quieſcere, velutq́, perſonam mutam, in Comœdiâ, ſtare.* 5.

TRIPLEX hoc officium, hujus puncti, in hoc exemplo, unius verbi, videri poteſt, يَدْعُوا *Fedauu, Id eſt: Invocabunt. In ſecunda enim litera* د *Dal, poſitum hoc punctum, indicat, abeſſe punctum vocale, ſive motionem, ideoq́ hanc literam, proprium ſaltem retinentem ſonum, recolligi debere, ad ſyllabam præcedentem, legendumq́ eſſe* يَدْ *Ied, non verò* يَدَ *Fede, vel* يَدِ *Fedi, aut* يَدُ *Iedu. Deinde, ſupra quartam literam* و *Vau, poſitum indicat, eam, & vocali deſtitutam, & proprio, licet tenui, ſono retento, ad præcedentem ſyllabam* عُ *au, contrahi, cujus u, reddit clarum, & longum, ceu ſuprà jam diximus. Ultima verò litera, ſeu* ا *Aliph, omni omninò, & vocali, & ſono deſtituta, in totum quieſcit; Unde, hoc verbum, ſaltem fit diſſyllabum, ſcilicet,* يَدْعُوا *Fedauu.*

EX his patet, literarum Arabicarum, quietem eſſe duplicem: Unam, *quâ, omnes literæ motione ſuâ, ſeu puncto vocali, tantùm;* Alteram, *quâ, non ſolùm hac, ſed & proprio ſono, deſtitui, videntur. Quæ poſterior, quies, ſaltem tribus literis* اوي *Aliph, Vau, Fa, accidit, Unde etiam, hæ ſolæ, propriè, & principaliter quieſcentes, vocatæ ſunt.*

Quies literarum Arabicarum eſt duplex.

Literæ quieſcentes quæ, & cur ſic dictæ.

POSSUNT

POSSUNT tamen, & hæ, primâ quiete quieſcere, ut in hoc
Nota. *exemplo, litera* ـو *Vau, quievit. In quâ quiete, non rarò in pleriſq; codicibus, hoc punctum, non exprimitur, ſed ſubintelligitur, id quod hîc etiam, in alterâ quiete, in literâ* ا *Aliph, factum eſt.*

6. ORDO; *hoc punctum, ut inter ſervilia ſimpliciſſimum, ordine primum eſſe voluimus.*

7. DISCRIMEN; *ſine negotio, ab aliis omnibus punctis, diſcernitur. Quoad figuram ſuam primam, convenit quidem, planè, cum elemento quinto, ſecundæ Claſſis, ſed loco, poſitive differt. Semper enim hoc, ſupra literam ponitur. Illud verò, ſeorſim, quinarium numerum, denotat, vel cum aliis numeris conjungitur.*

8. NUMERUS; *duo ſunt Gezmu, quæ mox in diviſione enumerabuntur.*

9. DIVISIO; *Rectè Gezmu, in duo dividitur, quorum primum, perfecti circuli formam, repræſentat ·, ſecundum, imperfecti ·. De quibus jam ſuprà, in figurâ diximus.*

10. PERMUTATIO; *vix mutatur hoc punctum, in aliud, niſi quis dicat mutari, dum in variis vocum flexionibus, interdum, hoc abjicitur, & in ejus locum, vel punctum vocale, vel aliud, ſubſtituitur.*

XIII. Punctum Teſchdidu. *DECIMUM TERTIUM, elementorum linguæ Arabicæ, tertiæ Claſſis, eſt punctum Teſchdidu. Cujus figurâ, à literæ*
1. *Alphabeti duodecimæ figurâ, ſolâ quantitate, abjectâ tamen in totum caudâ, differt, vel eſt ſimilis, literæ ὠμέγα, Græcorum.*

Nota. *IN quibuſdam tamen codicibus, loco hujus puncti, ſupra literam talis figura ·, & infrà talis · reperitur, omiſſo etiam illo puncto vocali, quod adeſſe debuerat.*

2. NOMEN; *ejus, eſt* اَلتَّشْدِيدُ *Atteſchdidu, vel abjecto articulo* تَشْدِيدُ *Teſchdidu, Id eſt: Fortificatio, conſtrictio, vel, ut quibuſdam placet,* شِدَّةٌ *Schiddetun, Id eſt: Preſſura, ſtrictura, &c. Vocatur etiam* اَلتَّثْقِيلُ *Attetſqilu, Id eſt: Gravitas. Quando autem dictio, omninò hoc puncto caret, dicitur, hujus puncti abſentia*

tia اَلتَّخْفِيفُ *Attechphiphu, Id eſt: Levitas, ſcilicet pronunciationis, quia nulla litera, ejus dictionis, hoc puncto gravata eſt.* Romani, *non per,* خ *Cha, ſed per* ح *Hba, hanc dictionem ſcribunt. Verùm nos, aliàs, ubiq; adhuc, per,* خ *Cha, ſcriptam invenimus.*

ORIGO; *Figuræ eſt, ex figurâ, literæ Alphabeti Arabici duodecimæ. Nominis, primi & ſecundi, eſt à radice,* شَدَّ, *Id eſt: confortare, ſtringere, confirmare, &c. quòd hoc punctum, literam illam, cui ſuperponitur, confortet, & quaſi geminatione corroboret, ſive ſtricturâ quaſi confirmet. Tertii, verò à radice,* ثَقُلَ, *Id eſt, gravavit, &c. quòd ejus literæ, cui hoc punctum ſuperponitur, pronunciatio, gravior, & quaſi onerata ſit. Abſentiæ autem, hujus puncti, nominis, eſt, à radice,* خَفَّفَ, *Id eſt: Levem facere, alleviare, quòd in nullâ illius dictionis literâ, punctum fortificationis, ſeu gravitatis, inveniatur, ſed omnes, naturali ſuâ levitate, pronuncientur.* 3.

SIGNIFICATIO; *igitur, hujus puncti, eſt fortificatio, vel corroboratio, ſive ſtricturâ quaſi confirmatio, nec non gravitas, literæ illius, quæ, hoc punctum, ſuprapoſitum gerit.* 4.

POTESTAS; *hujus puncti, eſt, defectum literæ, ſupplere, aut literam geminare quaſi, ceu in mediis, & ultimis ſyllabis, frequentiſſimum eſt, ut quando pro* شَدَدَ *Schedede, dicitur* شَدَّ *Schedde; vel fortificare, aut gravare, ſive acriorem reddere, literæ, cui ſupraponitur, pronunciationem, id quod, in omnibus, etiam primis, fieri poteſt ſyllabis, ut* رَحِيمٌ *Rrehhiimun, &c. nec non, in omnibus literis, exceptâ ſecundum* Romanos, *ſolâ* ا *Aliph, ſecundum alios, etiam* ع *Ain, &* ح *Hba. Literæ, autem, debiles reliquæ, ſaltem recipiunt, hoc punctum, cum proprietas aliqua Grammatices, poſtulat. Præ cæteris verò omnibus literis,* ر *Ra, maximè hoc puncto afficitur, ideoq; Arabibus, dicitur hæc litera* اَلْمُكَرَّرُ *Almukerrerun, Id eſt: repetita, quòd cum hoc puncto veluti duplex rr, ſonet.* 5.

Quibus literis hoc punctum imponi non poſſit.

Ra litera quomodo Arabibus peculiariter dicatur.

QVANDO autem, excepto ذ *Dſal, ut mox dicemus, Solares literas, & literā* ل *Lam præcedit, articulus* ال *Al, tunc ſemper hoc pūcto afficiuntur, atq; hinc,* ل *Lā patitur, ut loquūtur Arabes* ادغام *id eſt: infarctū, ſeu inſitionē, quā voce, indicāt,* ل *Lam, præcedētē, abſorberi,*

NOTA. Lam litera quando patiatur infarctum ſeu inſitionem.

ſorberi, & coaleſcere, in literam ſequentem, quæ afficitur teſchdidu, amittereq́ ſonum ſuum proprium, ut اَلثَّابِتُ *Atſtſabitu,* اَلشَّمَّاىُ *Aſſemai, &c. Quando verò, & altera hujus articuli, litera* ا *Aliph, ac ſi non adeſſet, omittatur, infrà, in tractatione puncti ſequentis, dicetur.*

6. ORDO; *hoc punctum, inter ſervilia, ordine ſecundum, eſſe voluimus.*

7. DISCRIMEN; *Diſcernitur, à figurâ, elementi duodecimi, primæ Claſsis, quantitate, & caudâ, ut jam diximus. A reliquis omnibus, facilè, totâ ſuâ figurâ, diſcernitur.*

8. 9. 10. NUMERUS; DIVISIO; PERMUTATIO; *De his, repetant ſtudioſi, quæ de illis, in primo puncto vocali, diximus. Niſi quis, duas velit numerare, ac dividere, invicemq́ permutare, hujus puncti figuras, de quibus, jam diximus. Poſterior autem ſive tertia, quia rariſsima eſt, ideoq́ à nobis, obiter ſaltem quaſi, annotata fuit.*

XIV. Punctum Vashlu. *DECIMUM QVARTUM, elementorum, linguæ Arabicæ, tertiæ Claſsis, eſt punctum* ـ *Vashlu. Cujus* figura, *à puncti*

1. *præcedentis octavi, figurâ, ſolâ quantitate, & cauda dextram verſùs differt, vel, eſt ſimilis, figuræ, regii accentus, Hebræorum,* זַרְקָא *Zarca.*

2. NOMEN; *hujus puncti, eſt* اَلْوَصْلُ *Alveshlu, vel abjecto articulo,* وَصْلٌ *Veshlu, Id eſt: Junctura, compages, conſecutio, vel unio.*

3. ORIGO; *figuræ, eſt, ex figurâ puncti præcedentis octavi, ſolâ quantitate, & caudâ dextrâ, varians. Hæc enim cauda, in hoc puncto, formam obtinet, orbicularem, ceu cuilibet patet. Nominis, eſt, à radice* وَصَلَ*, quæ inter alia, pervenire, accedere, ſe adjunge-*

Nota. *re, conſequi, &c. ſignificat: quod litera,* ا *Aliph, cui ſoli, hoc punctum ſupraponitur, tunc jungatur, & copuletur, ſive contrahatur, ac re-*

Exceptio. *colligatur, cum ſyllabâ, (ſi modò hæc non finiatur in Gezmu,) præcedentis dictionis, & nullum punctum vocale, ſeu motionem ullam, ſuſcipiat. Imò nec prorsùs proferatur, ac ſi non adeſſet, & litera, hāc* ا *Aliph, mox inſequens, omni vocali, deſtituta, proprio, tantùm ſono, pronun-*

pronuncietur, atq; ad jam dictam ſyllabam, antecedentis dictionis, ultimam, quaſi ad eam pertinens, contrahatur & copuletur. Si autem, hæc litera ſit ل *Lam, articuli* ال *Al, qui præponitur nomini, & litera nominis, prima ſit una, ex ſolaribus, quieſcit tunc, articulus totus* ال *Al, nec legitur omninò, & litera illa, Solaris, gravatur puncto* اَلتَّشْدِيدُ *Atteſchdidu, & geminatur, contrahiturq; altera ejus pars, ad ſyllabam, jam dictam, præcedentem ultimam; altera verò, remanet, in ſyllabâ propriâ, ut paulò pòſt, in exemplo declarabitur.* Regula.

VOC[illegible]TVR tunc ا *Aliph litera, quæ hoc punctum geſtat, Aliph veshli, vel* هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ *Hemzetulveshli. Hîc videant, ſtudioſi, quæ* Romani, *de ſuperſtitioſâ & periculoſâ quorundam Arabum lectione dicant, pag. 24. his verbis:* Hoc loco animadvertendum venit, eſſe aliquos ex Arabum Grammaticis, qui dictiones duas, vel tres etiam, vel quatuor, vel plures adhuc, quotquot ſcilicet contingant eſſe, quæ vi, hujuſmodi Aliph unionis invicem coaleſcant, uno ſpiritu omnes, etiamſi animam efflare oporteret, pronunciandas eſſe, nimis ſuperſtitiosè, nimiſq; pertinaciter, contendunt: Aliquos autem, & judicio quidem ſaniores, qui naturam imitantes, quòd non minus abſq; vocis obſcuritate, vel oris, alteriusve membri geſtus turpitudine, quàm mortis periculo, enunciari poſſunt, tot, uno ſpiritu, tantummodò, ex hujus generis dictionibus pronunciandas eſſe volunt, quot, ſcilicet, homo, commodè efferre, ſemel poteſt. Superſtitioſa Arabum pronunciatio.

SIGNIFICATIO, *itaq; hujus puncti, eſt, conſecutio, junctura, ſeu unio, acceſſio, &c.* 4.

POTESTAS, *itaq; hujus puncti, eſt, duplex,* Primò, *Indicare,* ا *Aliph, quæ gerit, hoc punctum, planè non legi, ac ſi non adeſſet, & literam ſequentem, omni vocali deſtitutam, ad ſyllabam, præcedentis dictionis, [illegible]ltimam contrahi, ac ſi, ad illam pertineret, ut in hoc exemplo* مَنِ ٱفْتَخَرَ *Meniphtechere, Id eſt: qui gloriatur. Ubi* ا *Aliph, hæc, planè non legitur, &* ف *Pha, litera, omni vocali deſtituta, ad præcedentis dictionis, ſyllabâ ultimâ* ن *Ni, jungitur, ac ſi, ad eam, pertineret, & legitur, Meniph, &c.* Secundò, *Indicare, non ſolùm, hoc* ا *Aliph, ſed &* ل *Lam, literam, ſi articulus, ſit nomini appoſitus, & no-* 5.

NB. Regula. *& nomen, à literâ ſolari incipiat, ac ſi non adeſſet, inter legendum, omittendam eſſe. Quod diligenter obſervandum eſt.*

Neceſſariũ requiſitum ad rectam lectionem Arabicam. *ATQVE ita, vident ſtudioſi, quàm neceſſarium ſit, diſtinctiones literarum, hujus linguæ, ſuprà traditas, noſſe. Nunquam enim, rectè leget, qui diviſionem, literarum lunarium, & Solarium non probè calluerit.*

REPETANt itaq; ſtudioſi, ea, quæ ſuprà de voce تَدَرْسَصْطِنْ *Tedereſeshathin, à nobis memoriæ gratiâ, efficta, diximus. Hujus autem poteſtatis, exempla, in principio, Orationis Dominicæ Arabicæ, ilicò occurrunt, ita enim ſonat:* *Abuunalledſi* أَبُونَا ٱلَّذِي

Quæſtio. فِي ٱلسَّمٰوَاتِ *Phiſſemevati. Ubi primò, probè notandum, cur in ſecundâ dictione,* ٱلَّذِي, ل *Lam, puncto, teſchdidu afficiatur, & phathhu inſuper gerat, cùm tamen ſequatur litera Sòlaris,* ذ *Dſal, & præcedat,* ا *Aliph Vashli. Cùm, juxta jam dicta, hæc litera Solaris, puncto teſchdidu gravari, & totus articulus,* ال *Al, ac ſi non adeſſet, quieſcere deberet. Legiq; potiùs debeat,* أَبُونَا ٱلَّذِي *Abuunadsdſi, quàm Abuunalledſi.*

Solutio quæſtionis. *SED, ingenuè fateor, rationem video nullam, niſi quòd, exceptionem, fecerit uſus, à jam dictis regulis, aut litera* ذ *Dſal, contra omnium conſenſum, non ſit ſolaris, vel ſi alia ſubeſt ratio, cupimus, tempore edoceri. Ita autem, Abunalledſi, legunt Romani, & Præceptor meus. Ita etiam, omnibus in libris, ſcriptum invenio, maximè in* Ex Alkorano lingua Arabica cũ omnibus pũctis haurienda eſt. *Alkorano, ex quo uno libro, vera lingua Arabica, cum omnibus punctis, haurienda eſt. Reliqui enim libri, plerumq; ſine punctis, ſcripti ſunt.*

IN aliis verò dictionibus, exemplum, de quiete totiùs articuli ال *Al, clarè apparet. Nam, legitur* فِي ٱلسَّمَاء *nõ Phialſſemaai, neq; Philſſemai, ſed Phiſſemaai, ac ſi totus articulus* ال *Al, abeſſet.*

Cur punctũ vashlu rarò in Alkorano appareat. *IN manuſcriptis verò exemplaribus, non ſemper apponitur, hoc punctum, ſed ſaltem ſubintelligitur, maximè in Alkorano, ubi raró apparet, fortè quòd uſu, omnibus Arabibus, hæc lectio, jam ſit*

ſit facta familiariſſima. Qui uſus ſolus, etiam hujus rei, facit artifices, ad quem ſtudioſos, nunc ablegatos, volumus.

ORDO; *inter ſervilia puncta, hoc ordine, tertium poſuimus.* 6.

DISCRIMEN; *hujus puncti, à præcedente octavo, eſt, præter* 7.
alia, in quantitate, & caudâ, dextram versùs, ut ſuprà in origine, & figurâ jam diximus.

NUMERUS; DIVISIO; & PERMUTATIO; *De his ea-* 8. 9,10.
dem, quæ in puncto præcedente, de illis repetierunt, ſtudioſi, obſervent.

DECIMUM QUINTUM, elementum, linguæ Ara- XV.
bicæ, tertiæ Claſſis, eſt, punctum hoc, ~. *(Cujus* figura *ferè, ſimilis* Punctum ~ Index
eſt, figuræ elementi ſeptimi, ſecundæ Claſſis, quamvis, ab amanuen- vel cuſtos.
ſibus, variè pingatur, tamen frequenter, ſaltem negligentiùs, hac fi- 1.
gurâ ~ effictum reperitur, ceu in ſecundâ figurâ, adumbravimus. Ponitur ſuprà, & infrà literas has ح د ر س ص ط ع *ſed frequentiùs, ſuper nonnullas, ut* د *Dal &* ر *Ra, ſuper alias, minùs frequenter, ut è lectione quotidianâ, apparebit.*

HUJUS autem puncti vicem, non rarò, obeunt literarum harū figuræ, ſed quantitate, longè minores, hoc modo: ط ص ح س ع. *Ut indicetur, puncta eſſentialia, non negligentiâ, ſive incuriâ, ſcribentium, vel caſu quovis alio, abeſſe, ſed datâ operâ, addita, non eſſe, ne pro his literis, aliæ, legantur, & ſenſus orationis, planè reddatur diverſus. Idem etiam, in litera* ة*, non rarò occurrit, cui ſupraponūt aliam, ejuſdem figuræ, ſed minoris longè quantitatis, hoc modo,* ة ة*, ne quis putet, abeſſe, duo puncta, quæ huic literæ, ſuperponuntur, dum ut plurimùm, nota eſt, generis fœminini, & pronuntiatione, reſpondet, literæ* ت *Ta, ut ſuprà jam diximus. Exempla modo dictorum, hæc ſunto:*

وَٱلرَّبُّ يَرْعَانِي فَلَا شَيْءَ يُعْوِزُنِي وَعَلَى ٱلْمَرْجِ ٱلْخَصِيبِ أَحَلَّنِي ❀

Varrebbu jeraani phela ſcheiie iuavizuni, vealeilmergilchasbiibi abhalleni. Id eſt: Et Domin⁹ paſcit me, & nō res, (vel quicquā,) deerit mihi, & ſuper pratum abundans collocavit me. Item:

أُسْجُدُوا لِلرَّبِّ فِي مَحَلِّ قُدْسِهِ ❀

Auſguduu

Auſguduu lilrebbi phi mebhalli cudſihi. Id eſt: Adorate, ad Dominum, in atrio ſancto ejus. Ita etiam, de litera ي, *cur in ſinu parvam, ſui referat quaſi imaginem, in ejus tractatione, jam dictum eſt.*

NOTA. *INVENIENT ſtudioſi quoq; in quibuſdam Alkorani exemplaribus, harum literarum, figuras quaſdam, imò & ipſius* لا *Lam Aliph, ad finem dictionum, in medio textu, ſupra lineam, rubricâ, nonnunquam, adſcriptas, quarum uſum, nos eſſe conjicimus, membra orationis diſtinguere. Sed tamen nihil adhuc certi, affirmare volumùs, cum* Romani *in ſuo Alphabeto, dicant,* Signa, quæ à Græcis, Latinis, aliiſq; aliarum linguarum ſcriptoribus, pro diſtinctione membrorum orationis notari ſolent, aliâ ratione, dignoſci, apud Arabes, de quibus omnibus, in Grammaticis abundè, ſe dicturos promiſerunt. *Verùm, an his, & aliis, quàmplurimis ſuis promiſſis, ſteterint, nobis, nondum liquet.*

1. NOMEN; *huic puncto, non impoſuerunt Arabes, poſſet tamen dici,* Index, *quia indicat, puncta eſſentialia, omninò abeſſe debere, vel* Cuſtos, *quòd cuſtodiat, ne aliquod punctum eſſentiale, illi literæ, adſcribatur, cui hoc punctum, (vel ejus vicariæ, literarum, parvæ figuræ,) appoſitum eſt.*

3. ORIGO; *figuræ, & nominis, ex jam dictis, conſtat, ſicut & hujus puncti,*

4. 5. SIGNIFICATIO; & POTESTAS.

6. ORDO; *nos inter ſervilia, quartum, hoc punctum, eſſe voluimus.*

7. DISCRIMEN; *diſcernitur, ab elemento ſecundæ Claſſis, ſeptimo, ſolo poſitu, ſeu loco. Supra enim, vel infra literas, ponitur, illud verò, aut juxtà alias numerorum figuras, aut juxtà literas, in ipsâ lineâ.*

8. NUMERUS; *ſi quis, duo, velit dicere, hujuſmodi puncta, per nos licet, modò ſciat, ſaltem exquiſitâ ſui formatione, differre, ſi tamen plura, computatis ſimul, novem illis literarum exiguis figuris, neq; ita cum eo, litigabimus.*

9. DIVISIO; *poterit, pro arbitrio, ex numero, hoc punctum dividi.*

PERMUTATIO; *vix permutatur hoc punctum, niſi omiſſione tollatur.* 10.

ATQVE ita, etiam puncta Servilia abſolvimus, in quorum numero, poſſent, quoq́ ſequentia puncta, FINALIA, *computari, quia orationi, diſtinguendæ, inſerviant, ut & alia ſigna,* διαχριτικὰ, *de quibus* Romanorum *promiſſionem, expectabimus.*

Puncta finalia.

FINALIA verò hæc, quòd frequentiùs occurrant, ſtudioſis proponere interim volumus, neq́ tamen, multa verba de his facere, cum amanuenſium, ſint quaſi arbitraria, & quilibet, pro libitu, ſibi fingere poſſit.

DE decimo ſeptimo, tamen, hujus Claſſis elemento, ſciant ſtudioſi, eſſe elementum primæ Claſſis, Vigeſimum ſextum, ه *Ha. Arabes tamen, interdum, eo utuntur, pro puncto finali.*

DE Vigeſimo *quoq́ hujus tertiæ Claſſis, elemento, notent ſtudioſi, illud, in manuſcriptis Evangeliſtis, & aliis, interdum, quaſi* κῶλον, *vel duo puncta, Imò & Comma, Latinorum repræſentare, interdum autem, verè eſſe finale. Reliqua, quilibet, pro libitu, examinet.*

UNUM *adhuc, notatu dignum eſt, Arabes, dictiones ſuas, in ſcribendo, non, more Latinorum, Græcorum, Ægyptiorum, Æthyopum, Armeniorum, ac Indorum plurimorum dividere, ita, ut partem earum, in unâ, alteram verò partem, in alia, collocent lineâ, vel Hebræorum more, aliquot literis lineæ præcedenti, ad calcem adſcriptis, indicare, dictionem ſequentis lineæ, ſed, quamvis lineam, integrâ dictione complere. Si autem, plus ſpatii, remaneat, ne termini linearum, ſint hiulci, & inæquales, quaſdam, eò uſq́ producere literas, donec illum terminum, per reliquam, vel reliquas literas attigerint, id quod etiam elegantiores Hebræorum, in quibuſdam literis, facere ſolent. Ut,*

Arabes in diſtinguendis lineis non dividere dictiones.

لَمْ آتِ لِأَدْعُوَ الْأَبْرَارَ بَلِ الْخُطَاةَ لِلتَّوْبَـــــــــــــةِ ✠

Lam ati liadeava alabrar bel alchathat liltuubete. Id eſt: Non veni, ut vocarem juſtos, ſed peccatores, ad pœnitentiam. Interdum autem, & in medio hoc faciunt, nullâ neceſſitate adducti, etiam in dictionibus lineam non terminantibus, maximè verò, in dictio-

in dictione, بسم, quam omnibus ſuis ſcriptis, & omnibus Alkorani ſوَرَة Suuretu, hoc modo præponere ſolent:

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

Biſmillehir rebhmenirrebhimi. Id eſt: In nomine DEI miſericordis, miſeratoris. Imò interdum, mox à principio, ita hæc ſcribunt:

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

Vocabulum الله quomodo cum pũctis ſcribẽdum.

DIVERSIMODE autem, punctis, ſecundum الله vocabulum, in diverſis codicibus inſignitum, invenimus. Nam ٱ Aliph vasbli, nemo præter Romanos, habet.

QVÆDAM, Alkorani exemplaria, ita habent, ٱللّٰه, alia ٱللّه, alia ٱللَّه.

AT nos, cum Romanis, nunc legimus, etiamſi, ل Lam literam, articulum inſequens non ſit ſolaris, unde ultimæ ſcriptionis, lectio, etiam valdè conveniens, videtur.

VERUM plura, de his addere, non placet: Sed ad quartam elementorum, linguæ Arabicæ, claſſem progredimur, eamq́ pauciſſimis, abſolvemus.

Abbreviationes frequentiores Arabum.

CONTINET hæc claſſis, quinq́ frequentiores abbreviationes, è quibus, prima, omnium, eſt maximè notanda, ob variam ejus formationem, ceu in Schemate, quilibet videre, proprio marte poteſt. Ibi enim adjecimus, reſolutionem non ſolùm hujus, ſed & reliquorum quatuor, nominaq́ literarum, Latinis & Arabicis characteribus, è quibus formantur.

Prima abbreviatio, an ſit litera Alphabeti.

PORRO, malè, quidam, primam, pro literâ Alphabeti Arabici, penultimâ, poſuerunt. Ex duplici enim literâ, conſtat. Verùm, in his hærere velle, cùm adeò ſint facilia, hominis eſſet, otio abutentis.

HÆC itaq́, de explicatione Schematis, ſufficienter dicta ſunto.

ANTEQUAM autem, ad exercitationem, lectionis, progrediamur, pauca quædam, de ſecundâ Gramatices parte, ſive de PROSODIA, Arabum, addemus.

HÆC H 5

Digitized by Google

HÆC verò, de ſyllabis agit, & harum docet accentus, cujus ratio, apud Arabes, eſt breviſſima. Nam, plerumq́, in verborum tertiâ perſonâ, accentus in ſyllabâ mediâ, ponitur, ut, فَعَلَ, *Id eſt: operatus eſt, niſi, adſit aliqua, ex literis* مَدَّة *Meddetu, ocioſa, vel Aliph breviatum, tunc enim accentus, erit in ſyllabâ præcedente. Quòd ſi fuerit Gezmu, & litera ocioſa, in eâdem dictione, tunc multò magis illa erit ocioſa.* — Accentus ratio apud Arabes eſt breviſſima.

DE tonis fruſtrà, hîc plura adderemus, uti & de quantitate ſyllabarum. Iisdem de cauſis, quibus Grammatici, aliarum linguarum, ad peculiarem tractatum, hæc rejecerunt, nos quoq́ aliò, ea, in præſentiâ, rejecta volumus. — De tonis & quantiate ſyllabarum, cur hîc non agatur.

EX ſupradictis verò, jam conſtat, quando أ ي و *faciant ſyllabă longam, & quando Aliph abbreviatum, faciat brevem. Sic, de ratione verſuum componendorum, apud Arabes, in jam dicto tractatu, ſuo tempore, fuſiùs dicetur.* — De ratione verſuum apud Arabes ubi agetur.

HOC tamen, interim, ſciant ſtudioſi, Arabes, maximâ ex parte, rythmis delectari, etiam in proverbiis ſuis, idq́ nunc exactè *numerum ſyllabarum obſervantes; Ut in longo illo canticq, quod ex quinquaginta, meris epithetis DEI, confecerunt, patet, cujus hoc eſt initium.* — Arabes rythmis delectantur. — Canticum ex quinquaginta meris epithetis DEI, confectum.

Id eſt:

ô DEUS ô miſericors. *Iallehu Ia rebhmenu.*	يَا اَللّٰهُ يَا رَحْمٰنُ
ô DEUS ô miſerator. *Iallehu Ia rebhiimu.*	يَا اَللّٰهُ يَا رَحِيمُ
ô DEUS ô Glorioſe. *Iallehu Ia geliilu.*	يَا اَللّٰهُ يَا جَلِيلُ
ô DEUS ô Specioſe. *Iallehu Ia gemiilu.*	يَا اَللّٰهُ يَا جَمِيلُ

ET ſic, per reliqua quadraginta ſex, epitheta. Nec non ex aliis ſimilibus cantionibus, quàm plurimis; Nunc minùs exactè, *ut ex his tribus patet. Men mat ghariibe.* مَنْ مَاتَ غَرِيبْ — Proverbiũ Arabicum. 1.

Cad maate ſchaahide. قَدْ مَاتَ شَاهِدْ

ID

ID eſt: de verbo ad verbum, Qui moritur peregrinus, jam moritur martyr. Quaſi dicerent, hoc ſolatii, habent illi, qui virtutis gratiâ, in exteras, proficiſcuntur regiones, quòd, etiamſi in itinere moriantur, ipſo actu moriendi, piè, (ſi aliàs, piam duxerint vitam,) inſtar martyrum, ærumnoſæ huic mortalitati valedicant.

UTUNTUR, *etiam pii Arabes, his proverbiis:*

2. *Aldun iaaun adſelmin adſelil.* ٱلدُّنْيَا أَذَلْ مِنَ ٱلذَّلِيلْ ۞
Vethaa libuuhaa aqel min alqaalil. وَطَالِبُوهَا أَقَلْ مِنَ ٱلْقَالِيلْ ۞

ID eſt: Mundus, ſive orbis hic terrenus, (ſcilicet eſt,) minimũ, de minimo. Et quærentes eum, minus, (ſcilicet adhuc ſunt,) de minimo. Quo proverbio, ſe mutuò, à terrenis hiſce, avocant, & ad cœleſtia invitant. Si verò, à poſteriori verſu, abſtuleris, primam ſyllabam وَ *Ve, copulativam ſcilicet illam, particulam. Habes rythmos elegantes ac convenientes, in numero ſyllabarum, & ferè exactè, ſono omnium ſyllabarum, ſibi mutuò reſpondentes.*

QVOD ſequitur proverbium, tribus conſtat verſibus, quorum priores duo, ſunt rythmi, poſterior, ſolus relinquitur. Quod genus carminis, etiam in aliis linguis eſt uſitatiſſimum.

3. *Leu kaanu albehhaaru Amdaadan.* ۞ لَوْ كَانَ ٱلْبَحَارُ أَمْدَادًا
Ve alaſchgeretun aclaman. وَٱلْأَشْجَرَةُ أَقْلَامًا ۞
La iuchaaliſhu kelaamullehi. لَا يُخَالِصُ كَلَامُ ٱللَّهِ ۞

ID eſt: Si eſſet mare atramentum,
ET arbores (ſcilicet omnes,) calami,
NON abſolveretur (ſcilicet ſcribendo,) verbum DEI.

SED in his, diutiùs, non placet immorari. Ubi ex profeſſo, ratio carminum, apud Arabes tractabitur, plura tradentur.

Exercitium lectionis. *NUNC itaq́, ex literis, & punctis vocalibus, ſive motionibus, exercitii ergò, aliquot ſyllabarum lineas proponemus, neq́ tot chartarum ſyllabis, ſtudioſos onerabimus, quot* Romani *in ſuo illud fecerunt, Alphabeto; ſed cum quilibet, mutando ſaltem literas,*

Digitized by Google

literas, in infinitum, quaſi, ſibi fingere poſſit ſyllabas, id cujusvis induſtriæ, ac diligentiæ propriæ, relictum volumus. Ita enim, & in ſcribendo, & in legendo, eò majores, eoq́ citiùs, faciet progreſſus. Exercitium igitur hoc eſto.

أَ أُ إِ أً أٌ إٍ بَ بُ بِ بًا بٌ بٍ — Syllabæ.

bin bun ban bi bu be ain aun an ai au a

ET ita, obſervatis illis, quæ ſuprà diximus, ſtudioſus, omnia, primæ Claſſis elementa, ſubjiciat, loco literæ ب *ba, & ſimiliter motiones, ſive puncta vocalia, ſub vel ſuperponat, & retinendo proprio, literæ cujusvis, ſono, additâ vocali, ſyllabas pronunciet. Cur autem in antepenultimâ ſyllabâ, additum ſit Aliph, ex ſupradictis, in Tanvinulphathhu, jam conſtat. Idem de combinatione ſyllabarum, dicendum eſt.* — Syllabarum collectio.

بَبَ بَبُ بَبِ بَبًا بَبٌ بَبٍ بَبْ

beb bebin bebun beban bebi bebu bebe

ET ita ordine, per totum Alphabetum, tranſeat ſtudioſus.

QVIA verò omnia, hactenus dicta, meliùs non poſſunt, memoriæ mandari, aut repeti, niſi per uſum, qui optimus eſt artium magiſter. Ideoq́ exercitationis gratiâ, Orationem dominicam proponemus, ut in textu Arabico, ſancti Matthæi habetur, & quemlibet illius verſum, latinis literis exprimemus, quaſiq́ manu, tyronem hujus linguæ, ad veram, legendi rationem, deducemus. Explicationem autem rerum, hujus orationis, Theologis relinquemus. Nam in quibus differat hæc oratio, in hac linguâ, ab aliis linguis, diximus in notis noſtris, in Evangelium S. Matthæi, quas ex collatione textuum, Arabici, Hebræi, Syriaci, Græcorum, ac verſionum Latinarum, *ut ſuprà diximus, non parvo cum labore, nuper conſcripſimus, quæ forſan ſuo tempore, etiam, DEO volente, publici fient juris.* — Collatio Textus S. Matthæi.

AT, plura hic, exercitationis ergò, non addemus, quòd conſtituerimus, σὺν Θεῷ, Ad Auguſtiſsimum Rudolphum II. Imperatorem vitas quatuor Evangeliſtarum, *ex antiquiſſimo codice, Manuſcripto Arabico, (quem Bibliothecæ Cæſareæ Viennenſi, ejuſdem curator Humaniſſimus vir Dn. Sebaſtianus Tengnagel, ſi quid ipſi fatale,* — Vitæ quatuor Evangeliſtarum.

tale, evenerit, dedit, legavit,) pro virili, à nobis latinè conſcriptas, & Arabicè, typis fideliſſimè tranſcriptas, toti mundo divulgandas, tranſmittere.

Cur ex ſolo Alkorano, vera ratio linguam Arabicam, rectè ſcribendi hauriendа ſit.

QVIA verò hæ, non admodum diligenter ſcriptæ, neq́ omnibus punctis, exactè ornatæ ſunt, inſequetur brevi, Alkorani prima pars, *quia ex hoc libro ferè ſolo, ut ſuprà etiam diximus, vera, linguam Arabicam, cum punctis rectè ſcribendi, ratio, haurienda eſt. Exquiſitè enim & elegantiſſimè, illa omnia appoſita habet.*

HOS noſtros conatus, ſi viri boni, ſuſceperint, & pro virili juverint, quidq́ ipſis, in his noſtris laboribus probetur, vel improbetur, ſignificaverint: Næ ad alia, longeq́ his majora, nos accingemus. In modò dictis itaq́ interim, ſtudioſi, ſatis amplam habebunt, ſeſe exercendi, in hac linguâ, materiam.

Coronis hujus libri.

PRO Coronide ergò, hujus libri, Orationem dominicam adſcribemus.

أَلصَّلَاةُ ٱلرَّبَّانِيَّةُ ❋

Ashshala turrebaniietu.

Oratio Dominica. *Oratio Dominica.*

Matth. cap. 6. v. 9.

أَبُونَا ٱلَّذِي فِي ٱلسَّمَوَاتِ لِيَتَقَدَّسْ إِسْمُكَ ❋

Abunalledſi phiſſemevaati lijute qeddes aiſmuke.

PATER noſter, qui in cœlis (ſcilicet es,) ut ſanctificetur nomen tuum, (ſubintellige, guberna nos, largire, concede, vel ſimile quid. Ita enim verbum de verbo, & particulam de particulâ, reddere voluimus, quamvis vulgares interpretes, hoc non obſervaverint. Nos enim, ipſum textum Arabicum, tradimus, non verſionem, quæ ſenſum ſaltem reſpicit.)

Verſ. 10. لِتَأْتِ مَلَكُوتُكَ لِتَكُنْ مَشِيئَتُكَ كَمَا فِي ٱلسَّمَآءِ وَعَلَى ٱلْأَرْضِ ❋

Litati mele kuutuke litekun meſchiituke kema phiſſemaai vealailardshi. Ut adveniat, (eadem ſubintelligendo, quæ in verſiculo præcedente,) regnum tuum. Ut fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & ſuper terram.

Verſ. 11. خُبْزَنَا كَفَافَنَا أَعْطِنَا فِي ٱلْيَوْمِ ❋

Chubzena

Digitized by Google

Chubzena Kephaphena aathina philieumi.
PANEM noſtrum ſufficientem nobis, da nobis in diem.

Verſ. 12. وَٱغْفِرْ لَنَا خَطَايَانَا كَمَا نَغْفِرُ نَحْنُ لِمَنْ أَخْطَأَ إِلَيْنَا ❀

Vaghpher lena chathaaiaanaa kemaa neghpheru nebhnu limen achthaa aileinqa.
ET dimitte ad nos, peccata noſtra, ſicut dimittimus nos, ad (ſcilicet eos,) qui peccaverunt in nos.

Verſ. 13. وَلَا تُدْخِلْنَا ٱلتَّجَارِبَ لَكِنْ نَجِّنَا مِنَ ٱلشِّرِّيرِ ❀

Vela tudachilnattegſaa rebe leken negginaa mineſchſcheriiri.
ET non inducas nos, tentationem; Sed libera nos à malo.

DoMIne ChrIſte VenI.

Finis primi Libri Grammatices Arabicæ, PETRI KIRSTENI Philoſophiæ & Medicinæ, Doctoris. VratisL.

EPIGRAMMA

MATTHAEI ZUBERI BAVARI, Poetæ Laur. ad Lectores.

Μελοικίην γλώσσης μενοινᾶς Αραβικῆς
Ες Σιλεσίην, τὴν Ενεγκοῦσαν Φίλην,
Πᾶσάν, τε τὴν Αλεμανίην, γῆν ἀνδρικὴν,
Φιλόσοφε καὶ ἰητρ᾽ ὁμοῦ ΚΙΡΣΤΕΝΙΕ,
Ως σπείρεται λόγος, διδάξων ὠὗτός.
Ει χρημάτων δοίη τόσον, ὅσον κυδέων,
Κεῖνος πόνος πάγχρυσος, ὁ Ζεὺς ὑψόθεν.
Τίς ἔςαι ἀνδρῶν πλουσιώτερος σέθεν.

Aliud

Aliud ejuſdem.

KIRSTENIUS patriæ Phœbus, gravis ille Latinus,
Chaldæus, Syrus eſt, Græcus, Hebræus, Arabs.
Quot callet linguas, ſtatuas tot, & alta meretur
Templa: ſed has ſtatuas, altaq́ templa ſibi
Debita, perpetuis monumentis vincit, & æquat
Pyramide ingenii ſidera celſa poli.
Hunc cole, quiſquis eris, quicunq́ hæc ſcripta revolves
Publica, quâ potuit, te quia juvit ope.
Vix iſthæc ſcripſi: concurrunt undiq́ docti,
Et ſe facturos unanimi ore docent.
Inſtinctu Phœbi ſeſe tibi ſubjicit Orbis.
KIRSTENI, ô quanto vivus honore cluis!
Laus immortalis terram diffuſa per omnem
Immortali animæ gaudia vera creat.

Ad Lectorem.

PETIIT Typoglyptes noſter, Lector amice, ne ægrè feras quoſdam typos, nondum exactè elaboratos eſſe, in re enim ſubitâ, hiſq; in principiis, omnia elaborari nondum potuerunt, ſed ex his, maximè ex Schemate, apparebat primùm, quæ deeſſent, aut quæ corrigere, vel immutare oporteat, in quibus nunc indies occupatus eſt. Judicium itaq; feras, ut de principiis tantarum rerum, ferre æquum eſt, leviaq; hæc commiſſa, tempori potiùs, & feſtinationi, quàm ſtudio & conatibus hiſce tribuenda putes. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google